Digitized by Google

VITT. EMANUELE

Digitized by Google

Digitized by Google

BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
12
8 A
36

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

BLAQVERNÆ ANACHORETÆ

INTERROGATIONES ET reſponſiones 365. de Amico & Amato:

RAYMVNDO LVLLO ſancti Franciſci Tertiario Eremita auctore: claruit circa annum Domini 1290.

Libellus omnibus viris ſpiritualibus non minùs iucundus quàm vtilis.



PARISIIS,
Apud DIONYSIVM MOREAV,
viâ Iacobæâ, ſub ſigno Salamandræ argenteæ.

M. DC. XXXII.

BIBLIOTECA N
ROMA
VITTORIO EMANUELE

12.8.A.36

Digitized by Google

BLAQVERNÆ

Anachoretæ interrogationes & reſponſiones 365. de Amico & Amato.

BIBLIOTECA N ROMA VITTORIO EMAN

Breve argvmentvm.

Blaquerna, alterius anachoretæ petitionibus acquieſcens, 365. breuia verba in libellum compegit, quem prætitulauit de Ami-

co & Amato: ſunt enim hæc verba amoris, & exempla abbreuiata, & declaratione egentia, quibus intellectus aſcendit altiùs ad maiorem deuotionem. Et hac ratione tot vnà collegit, quot ſunt dies in anno: vt vnumquodque abbreuiatum verbum, per diem contemplando ſufficere poſsit, ſecundum artem contemplationum. Amicus: quilibet fidelis, & deuotus Chriſtianus. Amatus: Deus.

INTERROGAVIT amicus ſuum amatum, ſi in eo aliquid remanſerat diligendum? Reſpondit amatus, quòd id, propter quod amici multiplicari poteſt amor, ſemper in eo ſupereſt amandum. 1

Viæ, per quas amicus ſuum requirit amatum, ſunt longè periculoſæ, conſiderationibus refertæ, ſuſpiriis & fletibus, ac illuminatæ amoribus. 2

3 Multi amatores congregati fuerunt ad amandum vnum amatum, qui ipſos omnes faciebat amoribus abundare: & quilibet eorum pro præcipuo ſuũ ducebat amatum, & de eo gratas concipiebat cogitationes, ex quibus iucundas ſentiebat tribulationes.

4 Plorabat amicus, ac dicebat: quando erit tempus, vt in ſæculo ceſſent tenebræ, aut inferorum viæ? & aqua, quæ de more deſcendit inferiùs, quando erit tempus vt

naturam aſſumat aſcendendi ſuperiùs? aut innocentes quando erunt plures quàm nocentes? Ah! quando gaudebit amicus, quòd moriatur propter ſuum amatum? aut amatus quando videbit ob ſuum amorem languere amicum?

Dixit amicus amato: tu 5
qui imples ſolem ſplendore, imple cor meum amore. Reſpondit amatus: ſine amoris plenitudine non eſſent tuis oculis lachrimæ: neque in hunc locum veniſſes, vt poſſes

tuum amatum videre.

6 Tentauit amatus ſuum amicum ſi perfectè ipſum amabat: & interrogauit eum, de quo erat differentia, quæ eſt inter præſentiam & abſentiam amati. Reſpondit amicus, de ignorantia, & recordatione.

7 Interrogauit amatus amicum: es memor alicuius rei, quam tibi tribuerim, vnde me vis amare? Reſpondit amicus: ita, nam inter lætitias & tribulationes, quas mihi donas, non facio differentiam.

Dicas amice, dixit amatus, habebis patientiam, ſi tuos duplicauero languores? Ita, reſpondit amicus, dummodo meos duplicaueris amores. 8

Dixit amatus amico ſuo: ſcis-ne quid ſit amor? reſpondit amicus, ſi neſcirem quid ſit amor, ſcirem quid eſt tribulatio, triſtitia, & dolor. 9

Dixerunt amico, quare non reſpondes amato tuo qui te vocat? Reſpondit, iam expono me grauibus periculis, vt ad eum perueniam, & iam illi loquor, 10

eius honores deſiderans.
11 Amice deſipiens, quare corpus tuum deſtruis, & pecunias tuas diſpenſas: & delectationes huius ſæculi relinquis: & ſpretus inter gentes incedis? Reſpondit, vt amati mei honorem honores, qui per plures eſt non amatus & inhonoratus, quàm amatus & honoratus.
12 Dicas inſenſate ob amorem: quid eſt viſibilius, an amatus in amico, an amicus in amato? reſpondit dicens, quòd amatus videtur per amores, & ami-

cus per ſuſpiria, fletus, tribulationes,& dolores.

Inquirebat amicus, quid 13
amato ſuo narraret, quo
pacto ob amorem eius
graues patiebatur languores, quibus deperibat, &
moriebatur. Inuenit ſuum
amatum, qui legebat in
quodam libro, in quo
omnes (quos ipſe propter
amatum ſuum amor donabat) inſcripti erant languores, & omnes, quas inde
amicus habebat, gratiarum actiones.

Regina cœli, amico, 14
ſuum filium præſentauit:

vt eius oſcularetur pedes:
& vt in ſuo libro, matris
amati ſui laudes ſcriberet,
& virtutes.

15 Amicus auem cantantem audiens, eam interrogauit: dicas auis, quid cantas: poſuiſti te ſub àmati mei cuſtodia, vt te à non amore deffendat, & in te multiplicet amorem? reſpondit auis: quid facit me cantare: niſi dominus amoris, qui reputat ſibi ad dedecus non amorem?

16 Inter timorem & ſpem amor fecit ſuum hoſpitium: in quo viuit ex cogi-

tationibus: & moritur ex obliuionibus : cuius fundamenta ſunt longè ſuper huius mundi delectationes, atque oblectamenta.

Quæſtio fuit inter oculos, & memoriam amici. 17
Nam oculi dicebant quòd melius eſt videre amatum, quàm ipſum recolere: & memoria dixit, quòd propter recolentiam aqua aſcendit ad oculos, & cor inflammatur amore.

Interrogauit amicus intellectum, & voluntatem: 18
quis eorum erat amato ſuo

propinquior? cucurrerunt ambo: & prior fuit intellectus ad amatum ſuum, quàm voluntas.

19 Contendebant adinuicem amicus & amatus: & viderunt vnum alterum amicum, qui tamdiu plorauit, donec pax & concordia fuit inter amicum & amatum.

20 Suſpiria & fletus venerunt ad iudicium amati: & interrogauerunt eum, per quæ ſentiebat ſe validius amatum. Amatus ſic iudicauit: ſuſpiria ſunt amori propinquiora; & fletus

propinquiores ſunt oculis.

Venit amicus ad fontem 21
bibere, vbi qui non amat,
capitur amore: & cùm bibit
ex fonte, duplicati
ſunt languores eius. venit
amatus ad eundem fontem
bibere, vt ſupra duplicationem
duplicaret amico
ſuo amores, in quibus
ſibi duplicauerat lãguores.

Ægrotauit amicus, & 22
erat in extaſi & exceſſu:
amatus ipſum gratia paſcebat,
amor ipſum portabat,
in patientia ipſum iacere
faciebat, humilitate ipſum
induebat: & veritate ip-

ſum ducebat.

23 Interrogauerunt amicum, vbi erat amatus eius? videatis ipſum, inquit, in nobiliori domo omnibus creatis domibus: & videatis ipſum in meis amoribus, in meis languoribus, & in meis fletibus.

24 Dixerunt amico, vnde venis? venio, inquit, ab amato meo. quò vadis? vado ad amatum meum. quando redibis? morabor cum amato meo. quantum cum amato tuo? tanto tempore, quanto cogita-

gitationes meæ erunt in eo.

Cantabat auis auroram: & excitatus eſt amatus, qui eſt aurora, & aues finierunt cantum: & amicus in aurora, propter amatum ſuum eſt mortuus. 25

Cantabat auis in viridario amati. Venit amicus qui dixit aui, quia nos propter idiomata inuicem non intelligimus; intelligamus nos propter amorem: nam in tuo cantu, meis oculis repræſentatur meus amatus. 26

27 Cœpit amicus ſomnolentus fieri, quia multùm inquirendo ſuum amatum laboraſſet, & timuit ne amati ſui obliuiſceretur: ſic plorauit ne dormitaret, & ne amatus ſuus ab eius memoria abſentaretur.

28 Obuiauerunt ſibi inuicem amatus & amicus, dixítque amicus: non eſt opus vt mihi loquaris, ſed oſtendas ſigna noſtris oculis, quæ ſunt noſtro cordi verba: nam ſolis ſignis dabo tibi quicquid à me poſtulaueris.

29 Non obediuit amicus

amato ſuo, & plorauit amicus, & amatus venit vt in veſte amici moreretur, & recuperaret quod perdiderat amicus.

Amatus accendit amo- 30
re amicum, neque plora-
uit ob amici languorem,
vt fortiùs ab eo diligere-
tur: & in maiore languore
gaudium & refectionem
inuenit amicus.

Dixit amicus, torquent 31
me ſecreta amati mei, cùm
opera mea ipſa reuelant:
quia os meum ipſa tenet
ſecreta, neque detegit ipſa
gentibus.

32 Conditiones amoris ſunt, quòd amicus ſit ſuffe-rens, patiens, humilis, ti-moroſus, diligens, con-fidens quoque ob hono-randum ſuum amatum, nullis ſe ſubtrahat peri-culis. conditiones ama-ti: quòd ſit verax, pius, iuſtus, & amico ſuo libe-ralis.

Inquirebat amicus in
33 montibus & planiciebus deuotionem, vt videret an amato ſuo ſeruiebatur: & inuenit in vtroque illorum locorum peccatum. & deo fodit in terram, ſi for-

tè inueniret perfectionē: quando ſuper terram deuotio habet defectum.

Dicas auis, quæ amore 34
cantas amato tuo: quare torquet me amatus meus cum amore, poſtquam aſſumpſit me vt ſim ſeruus ſuus? Reſpondit auis: ſi non patereris tribulationem propter amorem, cum quo amatum tuum amares?

Amicus ambulabat per 35
ſemitas amati ſui meditabundus, & cæſpitauit, & cecidit inter ſpinas: quæ ſi-

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

bi viſæ ſunt fuiſſe flores: quòd eſſent amoris lectus.

36 Interrogauerunt amicum, ſi commutaret pro alio ſuum amatum. Reſpondit dicens,& quis alius eſt melior, aut quis nobilior, quàm ſupremum bonum, magnitudine, poteſtate, ſapientia, amore, & perfectione infinitum, & æternum?

37 Plorabat, & cantabat amicus cantus amati ſui, dicebátque, quòd viuacior eſt amor in corde amatoris, quàm fulgur in ſplendore,& tonitrus in aure.&

viuacior eſt aqua in fletu, quàm ventus in maris fluctuatione: & ſuſpiria amori ſunt propinquiora, quàm albedo in niue.

Interrogauerunt amicum, quare eius amatus eſſet glorioſus? Reſpondit, quia eſt gloria. 38

Dixerunt ei, & quare eſt potens? Reſpondit, quia eſt poteſtas. & quare ſapiens: quia eſt ſapientia. & quare amabilis? quia eſt ipſe amor. 39

Surrexit tempeſtiuè amicus, & ambulabat ſuum requirens amatum: Inuenít- 40

que turbam per viam ambulantem; & interrogauit ſi ſuum viderint amatum. Reſponderunt dicentes: quod fuit tempus quo tuus amatus abſens fuit à tuis oculis mentalibus? Reſpondit amicus, poſtquam vidi amatum in meis cogitationibus, non fuit abſens oculis meis corporalibus: nam omnia viſibilia meũ mihi repræſentant amatum.

41 Cum oculis cogitationum, languorum, ſuſpiriorum, & fletuum reſpiciebat amicus ſuum amatum:

& cum oculis gratiæ,iuſtitiæ,pietatis, miſericordiæ & liberalitatis reſpiciebat amatus ſuum amicum: & auis cantillabat huiuſmodi lętabundum aſpectum.

Claues portarum amo- 42
ris ſunt auratæ conſiderationibus, fletibus,& ſuſpiriis.funiculus clauium, eſt conſcientiæ, contritionis: deuotionis, & ſatisfactionis.oſtium,iuſtitiæ,miſericordiæ,& pietatis.

Amicus pulſauit oſtium 43
ſui amati,ictibus amoris & ſpei. audiebat amatus cum humilitate,pietate,patien-

tia, & charitate ictus ſui amici aperuerunt portas, deitas& humanitas. Intrauit amicus, & ſuum vidit amatum.

44 Proprietas& communitas ſibi inuicem obuiauerunt, ac ſe inuicem miſcuerunt: vt amicitia & beneuolẽtia eſſet inter amatum & amicum.

45 Duo ſunt ignes, quibus amores caleſiunt amici: vnus fulcitur deſideriis, cogitationibus,& gaudiis: alter verò componitur ex timore,languore, fletibus & lachrimis.

Optauit amicus ſolitudi- 46
nem, & profectus eſt vi-
uere ſolitarius, vt haberet
ſui amati ſocietatem: nam
inter populum ſolus erat,
nullam habens ſolitudinẽ.

Amicus morabatur ſo- 47
litarius ſub vmbra cuiuſ-
dam pulchræ arboris: &
per locum illum tranſie-
runt homines, qui interro-
gauerunt eum, quare mo-
raretur ſolitarius? Reſpon-
dit amicus, quòd tunc pri-
mùm ſolus fuit, cùm ipſos
vidit & audiuit: nam priùs
ipſe erat in ſocietate ſui
amati.

48 Cum ſignis amoris, loquebātur adinuicem amatus & amicus: & cum timore, cogitationibus, lachrimis, & planctibus: narrabat amicus amato ſuos cordis anxiatus.

49 Dubitauit amicus, ne ſibi deficeret amatus in ſuis maioribus neceſſitatibus: & protinus ab amico elongauit amorē amatus. contritionem habuit, & pœnituit in corde ſuo amicus: & amatus cordi amici ſpem reſtituit, & charitatem: & oculis eius lachrimas & fletus, vt poſſet denuo re-

cipere amorem.

Æqualis eſt propinqui- 50
tas inter amatum & ami-
cum: nam vt vnà miſcen-
tur aqua & vinum, ita ama-
ti & amici miſcentur amo-
res: & ſicut calor & ſplen-
dor ſimul catenantur: &
ſicut eſſe & eſſentia, actus
& potentia ſimul conue-
niunt, conglutinantur, &
adhæreſcunt.

Dixit amicus amato ſuo, 51
in te eſt mea ſanitas, & in
te meus languor; nam
quantò fortiùs me ſanas,
tantò meum languorem
augmentas: & quantò au-

ges meum languorem, tantò mihi donas maiorem ſanitatem.

52 Suſpirabat amicus, & dicebat: O! quid eſt meus amor? Reſpondit amicus, tuus amor ſigillum eſt, quod imprimit & ſigillat amorem, cum hominibus meum oſtendis honorem.

53 Videbat amicus ſe capi, ligari, vulnerari, & ob amorem amici ſui occidi: & interrogauerunt eum qui ipſum torquebant: vbi eſt tuus amatus? Reſpondit, videre poteſtis in amorum meorum multiplicationi-

bus, & in pœnarum ſu-ſtentatione.

Dixit amicus amato 54
ſuo: hactenus neque fugi neque diſceſſi à tuo amore poſtquam te cognoui: nam in te, & per te, & cum te vbicumque eſſem, ſemper fui. Reſpondit amatus: nec ego, poſtquam tu me cognouiſti & amaſti, aliquo tempore tibi abſens fui: nec contra te deceptio fuit vlla, aut defectus vllus.

Ambulabat amicus in 55
quadam ciuitate, cantans de amato ſuo, tanquam mente captus. Interroga-

uit populus, ſi ſuum amiſerat intellectum. Reſpondit amicus: quòd ſuus amatus rapuerat velle ſuum, & ipſe amato ſuo donauerat intelligere ſuũ; quare ſibi ſolùm remanſerat recolere ſuum, quo ſuum recordabatur amatum.

56 Dixit amicus: præter & contra amorem eſt miraculum, ſi amatus non excitat amicum poſtquam deſiderauit ipſum.

57 Amici dolor aſcendit in amati ſui altitudinibus: ne impediretur amare ſuum amatum

amatum in abyſſo huius mundi & profunditatibus: & quando ad amatum ſuũ amicus peruenit, cum dulcedine & gaudio ipſum eſt contemplatus. amatus autem ipſum eſt oſculatus: vt eum in hoc ſæculo, cum tribulationibus contemplaretur, & languoribus.

58 Interrogauerunt amicum: quales ſunt eius diuitiæ? reſpondit, paupertates quas patior propter meum amatum. & quæ eſt requies? lãguor quem donat mihi amor. & quis eſt

medicus tuus? confidentia quã habeo in amato meo. & quis eſt magiſter tuus? reſpondit ſimilitudines quas creaturæ mihi de amato meo repræſentant.

59 Cantabat auis in quodam ramo virenti foliis & floribus: & ventus folia agitabat, & odorem florũ ad amicum portabat. interrogauit amicus auem, quid ſignificat motus foliorum, & ſuauis illa fragantia florum? reſpondit, folia illa in eorum motu ſignificant obedientiam:

& odor ille, in tribulatione patientiam.

Ambulabat amicus 60
deſiderans amatum ſuum,
& obuiauit duobus aman-
tibus, qui ſe inuicem cum
amore & fletibus ſalu-
tauerunt, amplexati &
oſculati ſunt: in extaſim
raptus eſt amicus multum
vehementer, dum duo
amici ſuum recoluerunt
amatum.

De morte cogitauit ami- 61
cus, & timuit: donec me-
mor fuit amati ſui. & cla-
mauit qui aderant coram
eo hominibus: ah! diu ame-

tis: ne honorando amatũ meum, mortem aut pericula timeatis.

62 Interrogauerũt amicum, vbi primum inceperunt eius amores? reſpondit in nobilitatibus ſui amati: quódque ab illo principio primùm inclinatus fuerit ad diligendum, ſicut ſemetipſum, ſuum proximum: & ad odiendam fraudem & peccatum.

63 Dicas amoris inſenſate: ſi te non amaret tuus amatus, quid faceres? reſpondit, quòd ſemper, ne moreretur, ipſum diligeret:

cùm non amare ſit mors, & amare ſit vita.

Interrogauerunt amicum, quid eſt perſeuerantia? dixit quòd perſeuerantia eſt beatitudo, & tribulatio in amico perſeuerante cum fortitudine, ſpe, & patientia in amando & honorando ſuum amatum, eíque ſeruiendo. 64

Dixit amicus amato vt ipſi perſolueret de tempore pro quo illi ſeruierat. computauit amatus cogitationes, deſideria, fletus, pericula, & labores, 65

quos ob eius amorē amicus perpeſſus fuerat: & appoſuit illi computo æternam beatitudinem, & donauit ſemetipſum amico ſuo in ſolutionem.

66 Interrogauerunt amicum: quid eſſet beatitudo? & reſpondit, quòd erat tribulatio, quam quis ſuſtinebat propter amorem.

67 Rurſus interrogauerunt, quæ eſſet miſeria? dixit amicus complere in hoc ſæculo deſideria: nam breuiſſimas delectationes cruciamenta conſequun-

tur ſempiterna.

Dicas amore deſipiens, 68
quid eſt tribulatio? eſt in-
honorationum memoria,
quæ fiunt amato meo om-
nibus honoribus digniſſi-
mo.

Reſpiciebat amicus quẽ- 69
dam locum in quo viderat
amatum ſuum. O loce, in-
quit, qui mihi pulchros re-
præſentas amores, dicas
amato meo, quòd ego ob
eius amorem patior labo-
rem & tribulationes. reſ-
pondit locus, quando in
me erat tuus amatus, ma-
iorem ob tuum amorem

patiebatur laborem : & maiores omnibus aliis, quas amor donare poteſt ſuis ſeruitoribus, tribulationes.

70 Dixit amicus amato ſuo: tu es totus,& per totum,& in toto, & cum toto: te totum volo, vt ſim ego totus. reſpondit amatus:non potes me habere totum, niſi ſis meus totus. Amicus dixit, habeas me totũ: & ego te totum. reſpondit amatus : quid hahebit filius tuus , quid frater tuus, quid pater tuus? dixit amicus : tu es talis totus

quòd potes abundare & eſſe totus cuiuſlibet, qui ſe voluerit totũ tibi donare.

Intrauit amicus quod- 71
dam amœnum pratum, & contemplatus eſt pueru-los ſaltantes poſt multitu-dinem papilionum, & pro-terentes flores: & quantò magis càptare nitebantur, tantò magis euolabant in altum: & cogitauit amicus, quòd tales eſſent illi, qui nimiis ſubtilitatibus cre-derent comprehẽdere ſuũ amatum: nam ſimplicibus fores aperit, & ſubtilibus claudit: & fides illum in

ſecretis ſuis per feneſtram amoris oſtendit.

72 Extendit & prolongauit amicus in magnitudine & duratione amati ſuas cogitationes: & non inuenit principium, medium, neque finem. Amatus dixit: quid menſuras inſenſate? reſpõdit amicus, menſuro minus cum maiore, & defectum cum perfectione, & finitum cum infinitate, tẽporale cum æternitate: vt humilitas patientia, fides, ſpes, & charitas fortiùs ſint in mea recordatione.

73 Interrogauerunt ami-

cum, quos reputaret maximè ægros? cæcos, inquit, qui audiunt medicos amati, & ad eos veniunt, & ad ſui curam non recipiunt illos: nam ſumma felicitas eſt amatum meum videre, & ſumma pœna eſt carere eius viſione.

Viæ amoris ſunt longæ & breues: quia amor eſt clara & pura mũditia, vera, ſubtilis, ſimplex, fortis, diligens, ſplẽdens, abundans nouis cogitationibus, & antiquis recordationibus. 74

Interrogauerũt amicum, qui ſunt fructus amoris? 75

reſpondit, gaudia,cogitationes, deſideria, ſuſpiria, anxietates, tribulationes, pericula,tormēta,languores: ſine talibus enim fructibus nō permittit amor ſe tāgi à ſuis ſeruitoribus.

76 Stabant multi coram amico, qui conquerebatur de ſuo amato; quia non augmētabat eius amores, & accuſabat amorem, qui illi dabat tribulationes & dolores. Amatus ſe excuſabat dicens, quòd tribulationes & dolores, propter quos accuſabat amorem, ſunt amoris multi-

plicationes.

Dicas inſenſate amoris: 77
cur non loqueris; cur ſtas
demiſſus & cogitabundus?
cogito, inquit, in amati mei pulchritudinibus, &
in beatitudinum & dolorum repræſentationibus,
quos afferunt mihi, & donant amores.

Dic amoris inſane, quid 78
prius an cor tuũ, an amor?
reſpondit quòd eodem tempore cor eius fuerunt,
& amor: nam ſi hoc ita nõ fuiſſet, cor non fuiſſet
creatum ad amandum: neque amor creatus ad co-

gitandum.

79 Interrogauerunt amoris fatuum, vbi prius amor ſuus incœpit an in ſecretis amati ſui, vel in ea reuelãdo hominibus? reſpondit amorem nullam differentiam habere, quando eſt in ſua perfectione: nam cum ſecretis tenet occultè amicus ſecreta ſui amati, & cum ſecretis reuelat, & cum reuelatione tenet illa ſecreta.

80 Secretum amoris ſine reuelatione præbet paſſiónem, & languorem: & reuelare amorem præbet ti-

morem & feruorem, & ſic omnibus modis amicus eſt in languore.

Vocauit amor ſuos ama- 81
tores; & dixit eis vt poſtularent ab eo dona delectabiliora & placidiora: ipſi poſtularunt ab amore, vt eos ornaret ſuis ornamentis, quò eſſent amato gratiores, atque magis acceptabiles.

Altâ voce clamauit ami- 82
cus dicens hominibus: quòd amor ipſis mandabat, vt amarent loquendo & tacendo, emendo & vendendo, plorando &

valores. vbi inuenerunt? in memoria & intellectu. cum quibus ea recepiſti? cum charitate & ſpe. cum quibus ea cuſtodis? cum iuſtitia, prudentia, temperantia, & fortitudine.

Cantabat amatus dicẽs, 85
quòd parum ſciebat amicus de amore, ſi erubeſcat ſuum amatum laudare: vel ſi timebat ipſum in locis, in quibus magis inhonoratur, honorare? ſic parum ſcit diligere qui affligitur in tribulatione: & qui deſperat de amato, non habet cõcordantiam

in amore atque ſpe.

86 Miſit literas amicus ad ſuum amatum, quibus ipſum interrogabat, ſi habebat alium amatorem qui ipſum adiuuaret ad ferendas tribulationes, quas patiebatur ob eius amorem. reſcripſit amatus amico ſuo, ſe non habere cum quo vas iniuriæ & peccati faceret.

87 Interrogauerunt amatũ de amore amici ſui. reſpõdit quòd amor ſui amici eſt mixtura gaudij & tribulationis, timoris & fiduciæ. Interrogauerunt

amicum de amore amati ſui. reſpondit, quòd eſt influentia infinitæ bonitatis, æternitatis, poteſtatis, ſapientiæ, charitatis, & perfectionis, quam influit amatus amatoribus ſuis.

Dicas captiue amoris, 88
quid eſt admirabile? amare magis amati abſentiam quàm pręſentiam: & amare magis viſibilia & corruptibilia, quàm inuiſibilia & æterna.

Inquirebat amicus ſuum 89
amatum, & inuenit quendam hominem, qui morie-

batur ſine amore. hęc dixit, quàm magnum damnum eſt, quòd homines aliqua morte moriantur ſine amore! & ideò amicus dixit homini qui moriebatur: dicas quare moreris ſine amore? reſpondit, quia viuebam ſinę amore.

90 Interrogauit amicus ſuũ amatum, quid erat maius, an amor, an amare? reſpondit amatus dicens, quòd in creatura amor eſt arbor, & amare eſt fructus; & tribulationes ac lan-

guores ſunt folia atque flores. at in Deo amor & amare ſunt vnum ſine aliquo labore aut languore.

Morabatur amicus in 91
languoribus & triſtitia ex cogitationum ſuperabundantia : miſit itaque nuncium ad amatum, orans vt ad ſe mitteret quendam librum, in quo eſſent deſcripta eius ornamenta : vt ei præberet aliquod remedium.

Ob amorem ægrotauit 92

amicus: & quidam medicus ingreſſus eſt ad eum vt eum videret, qui multiplicauit languores eius, & cogitationes: & ex illa hora liberatus eſt amicus.

93 Amicus & amor exiuerant ad ſolatium, conſolatoriè de amato colloquentes: amatus ſe illis præſentauit: plorauit amicus, & propter extaſim euanuit amor: amatus excitauit ſuum amicum, cui ſua commutauit ornamenta.

94 Dicebat amicus amato,

quòd per multas vias veniebat eius cor, & ſe præſentabat eius oculis: & per multa nomina in verbis ſuis ipſum nominabat: ſed amor quo viuebat & moriebatur erat vnus tantum.

95 Amatus ſe pręſentauit ſuo amico cum veſtibus nouis rubeis, & extendit ſua brachia vt ipſum amplexaretur, inclinauítque caput vt ipſum oſcularetur: manſítque eleuatus in altum, vt faciliùs inueniretur.

96 Amatus ſe abſentauit ab amico ſuo: inquirebat ami-

cus cum memoria & intellectu ſuum amatum, & interrogauit eum, vbi ipſe fuerat? reſpondit, in abſentia tuæ memoriæ, & in ignorantia tuæ intelligentiæ.

97 Dicas inſenſate amoris, an erubeſcis homines, cùm vident te ob tuum amatum plorare? reſpondit quòd erubeſcentia ſine peccato eſt, ſi quis verecundetur ob defectum amoris eius, qui neſcit amare.

98 Amatus ſeminabat in corde amici deſideria, ſuſ-

piria, virtutes, & amores: amicus illa ſemina cum lachrymis & fletibus irrigabat. ſeminabat amatus in corpore amici labores, tribulationes & languores: amicus ſuum corpus ſanabat cum ſpe, deuotione, patientia, & conſolationibus.

In quodam magno feſto 99
tenuit amatus multorum procerum honorabilium magnam curiam, parauítque magna conuiuia, & præbuit magna dona. venit amicus ad illam curiam, cui dixit amatus,

quis te vocauit vt venires ad meam curiam? reſpondit amicus, neceſſitas & amor me accerſiuerunt tuas formoſitates videre, tua ornamenta, & tuam gloriam.

100 Interrogauerunt amicũ, de quo erat? reſpondit de amore. quomodo es? amoris. quis te genuit? amor, de quo viuis? de amore. quo nomine nominaris? amoris. vnde venis? ab amore. quò vadis? ad amorem. vbi moraris? in amore.

101 Interrogauerunt inſuper, habes aliud quàm

Digitized by Google

amorem? reſpondit ita; culpas & iniuſtitias contra amatum meum. habet amatus tuus indulgētiam? Dixit amicus, quòd in ſuo amato erant miſericordia & iuſtitia; & ideò ſuum hoſpitium erat inter timorem & ſpem: nam miſericordia faciebat illum ſperare; & iuſtitia timere.

Amatus ſe abſentauit à 102
ſuo amico. amicus inquiſiuit eum cū ſuis cogitationibus; & eum cum idiomate amoris requirebat ab hominibus.

Inuenit amicus ſuum 103

amatum, qui erat ſpretus inter homines: dixítque amato, quòd magna iniuria fiebat eius honoribus. reſpondit amatus, quòd ipſe inhonorabatur ob defectum feruentium amatorum. plorauit amicus, & multiplicati ſunt eius dolores. amatus autem illi oſtendit ſuam magnificentiam; & illum eſt conſolatus.

104 Splendor thalami amoris illuminauit thalamum amici: vt expelleret tenebras, & impleret gaudiis, cogitationibus & languo-

ribus amoris. amicus autem ex eius thalamo expulit omnia, vt amatus eius quieſcere poſſet in eo.

Interrogauerunt amicum, quod ſignum faciebat amatus eius in ſuis magnis operationibus. reſpondit, quòd faciebat id ſignum, quia fuit homo mortuus, & crucifixus propter amorem; vt ſerui ſui per amorem viuerent. 105

Venit amatus, & hoſpitatus eſt apud amicum. pincerna autem petiit precium. reſpondit quòd ami- 106

cus debebat gratis ſuo amato hoſpitium: nec ſine cauſa dixit amor; nam dudum amatus exſoluit omnium hominum pretium.

107 Memoria & voluntas ſeinuicem ſociarunt, & aſcenderunt in montem amati: quatenus intellectus ſeſe eleuaret, & amicus in ſe duplicatum amorem reciperet.

108 Quotidie ſunt ſuſpiria & fletus nuncij inter amicum & amatum: vt inter eos ſit ſolatium, ſocietas, amicitia & beniuolentia.

Amicus ſenſit ſe elongatum ab amato ſuo, miſítque ei ſuas cogitationes: vt ei reportarēt beatitudinem amati ſui, in qua diu ſuum detinuerat amatum. 109

Amatus præbuit beneficium fletuum, ſuſpiriorum, languorum, cogitationum & dolorum, amico ſuo: cum quo beneficio ſeruiebat amicus amato ſuo. 110

Rogauit amicus amatum ſuum, vt ſibi largitatem, pacem & honorem donaret in hoc ſæculo, 111

amatus repræſentauit ſuas pulchritudines memoriæ, & intelligentiæ amici, & præbuit ſemetipſum pro obiecto eius voluntati.

112 Interrogauerunt amicum, in quo conſiſtit honor? reſpondit, in ſuum amatum intelligendo & amando. interrogauerũt, in quo conſiſtit dedecus? reſpondit, in amatum ſuum amare obliuiſcendo.

113 Torquebant amorem donec dixit, quòd tu eras præſens meis tormentis: & tunc amor influxit mihi

hi languorem: & tuo aſpectu multiplicaſti amorem: & mihi duplicaſti dolorem.

Obuiaui in via amoris 114
amato meo, qui non loquebatur: & cum fletibus, macra facie & languoribus accuſabam amorem. amor ſe excuſabat iuſtitiâ, ſpe, patientiâ, deuotione, fortitudine, temperantiâ & beatitudine: redarguitque amatorem qui de amore conquerebatur, poſtquam ei tam nobilia dona amor elargiebatur.

Cantabat amicus di- 115

cens, ô quàm magna afflictio eſt amor! ah quàm magna beatitudo eſt meũ amatum amare, qui amat ſuos amatores cum infinito amore, æterno, & perfecto omni perfectione!

116 Profectus eſt amicus ad quaſdam regiones extraneas, in quibus credebat ſuum amatum reperire: & in via duo leones ipſum aggreſſi ſunt; cœpítque amicus mortẽ pauere; nam optabat (vt ſeruiret amato ſuo) viuere. miſítque ſuum ad ſuum amatum recolere, vt amor eſſet in

eius tranſitu, poſſétque meliùs mortem ſuſtinere, dúmque amicus recolebat amatum, leones venerunt humiliter ad amicum; cui lingebant lachrymas oculorum plorantium, oſculabantúrque eius manus atque pedes: & ſic amicus in pace profectus eſt, ad inquirendum amatum ſuum.

Ambulabat amicus per montes & planicies, & non poterat oſtium reperire per quod poſſet è carceribus amoris exire, qui diu tenuerat eius corpus incarceratum, & ſuas cogita-

tiones, & omnia ſua deſideria & gaudia. dúmque amicus ſic perambularet, fatigatus reperit eremitam iuxta fontem vnum pulchrum & amœnum dormientem; excitauítq; eum interrogans ſi viderat vel fortè ſomniauerat ſuum amatum reſpondit eremita quòd æquè erant in carcere amores incarceratæ cogitationis, vigilando & dormiendo. valde placuit amico quod inuenerat incarceratum ſocium, plorauerúntque ambo, quia amatus non quamplurimos

tales haberet amatores.

118 Interrogauerunt amicum, quis eſſet fons amoris? reſpondit amicus, ille eſt in quo nos amatus lauit à peccatis noſtris, & amatus gratis donat aquam viuam: quam qui bibit, vitam habet ſempiternam in amore, quæ nullum habet finem.

119 Non habet amatus aliquid, in quo amicus non habeat anxietatem & tribulationem: & amicus non habet aliquid, in quo non habeat amatus gaudium & dominationem: & ideo

amor amati eſt in amato, amoris actore: & amicus ob amorem in languore & paſſione.

110 In quodam ramo cantabat quædam auis. quòd daret amoris nouam cogitationem, ſi quis ſibi duas daret. amicus duas donauit aui vt ei donaret ſolamen. & auis amico donauit nouam cogitationem: ſed amicus ſenſit dolorum multiplicationem.

111 Obuiauerunt ſibi inuicem amicus & amatus, fuerúntque teſtes obuiationis eorum ſalutationes, am-

plexationes, oſcula, lachrymę & fletus: interrogauítque de ſtatu ſuo amatus amicum, & amicus in conſpectu amati paſſus eſt loquelæ defectum.

122 Contenderunt ad inuicem amicus & amatus: pacem poſuerunt amores eorum: & fuit quæſtio, quis amor maiorem ponit amicitiam.

123 Amabat amicus omnes illos, qui metuebant ſuum amatum: metuebátque omnes illos, qui non amabant ſuum amatum: & ideò quæſtio orta eſt, quid

erat maius in amico : an amor, an timor.

114 Opinabatur amicus ſequi amatum ſuum, tranſibátque per quandam viam, in qua magnus leo deuorabat omnes, vitiosè & ſine deuotione tranſeuntes. & dicebat amicus, qui non timet amatum meum, oportet quòd omnia timeat: & qui timet eum, fiducia & probitas illi cunctis in rebus conueniunt.

125 Interrogauerunt amicum de occaſione, qui dixit: occaſio eſt gaudium in pœnitentia, intellectus in con-

ſcientia, ſpes in patientia, ſanitas in abſtinentia, conſolatio in memoria, amor in diligentia, hilaritas in verecundia, diuitiæ in paupertate, pax in obedientia, & bellum in maleuolentia.

Amor illuminauit nu- 116
bem, quæ ſe poſuerat inter amicum & amatum, fecítque eam ita luceré vt luna in nocte, lucifer in aurora, ſol in die, & intellectus in voluntate: & propter nubem illam tam lucidam, potuerunt amicus & amatus verba adinuicem communicare.

117 Interrogauerunt amicum, quæ tenebræ ſunt maiores? reſpondit quòd abſentia ſui amati. quis maior eſt ſplendor? reſpondit, amati ſui.

118 Signum amati apparet in amico; quotiens propter amorem eſt in tribulationibus, ſuſpiriis, fletibus & cogitationibus; & vilipenſus ab hominibus.

119 Scribebat amicus verba hęc, gaudeat amatus meus: quia ad eum mitto cogitationes meas; propter eum plorant oculi mei, & ſentio languores, non viuo,

neque ſentio, nec video, nec audio, neque odoro.

Ah intellectus & volun- 130
tas clamate & excitate magnos canes qui dormiunt, amatum meum obliuiſcentes! ah oculi plorate! ah cor & pectus ſuſpirate, & dedecus amati mei quod inferunt illi ab eo tantum honorati, ah memoriæ recolite!

Multiplicatur inimici- 131
tia, quæ eſt inter infideles & meum amatum: qui tamen illis repromittit dona & retributiones, & eorum memoriæ & voluntati cō-

minatur cum iuſtitia & ſapientia; at illi promiſſiones aſpernantur, atque comminationes: non igitur ab amato; ſed à ſeipſis ſua pendet miſeria.

132 Adhęrebat amatus amico ſuo, vt ipſum conſolaretur, & exhortaretur in languoribus, quos patiebatur, & in fletibus quibus angebatur: & quanto magis amatus adhærebat amico, tanto fortius plorabat & languebat amicus propter inhonorationes, quas ſuſtinebat eius amatus.

133 Cum penna amoris, &

cum aqua fletus, & in papyro paſſionis ſcribebat amicus ad amatum ſuum litteras: quibus ei notificabat quòd deuotio refrigeratur, amor moritur, & peccatum & error inter inimicos ſuos multiplicatur.

Nodus amoris amici & 134
amati cum memoria, intellectu, & voluntate colligauit, vt non diuiderentur amicus & amatus: & funis cum quo duo amores erant nodati, erat cogitationum, languorum, ſuſpiriorum, & fletuum.

135 Iacebat amicus in lecto amoris: linteamina erant iucunditatum; coopertorium erat languorum; ceruical erat fletuum: & quæſtio erat, an culcitra eſſet ex materia coopertorij, an linteaminum.

136 Induebat amatus ſuum amicum chlamyde, toga, & tunica: & pileum illi texebat de amore: & camiſiam de cogitatione: caligas de tribulatione: faſciolam verò de fletibus cum ſuſpiratione.

137 Rogabat amatus ſuum amicum, vt eum non obli-

uiſceretur: amicus reſpondit quòd ipſum obliuiſci non poterat, poſtquam non poterat ipſum ignorare.

Dicebat amatus amico, 138
quòd in locis illis, in quibus magis timetur laudari, ipſum laudaret & excuſaret. reſpondebat amicus amato rogans vt ipſum amore fulciret: reſpondit amatus; quòd ob eius amorem fuerat incarnatus, & ad moriendum iudicatus, & tandem paſſus, crucifixus, mortuus & ſepultus.

Dicebat amicus ſuo ſu- 139

percaro amato, vt ei modum oſtenderet, quo poſſit ipſum facere cognoſci, amari & laudari ab hominibus: impleuit amatus amicum ſuum deuotione, patientia, charitate, tribulationibus, cogitationibus, ſuſpiriis & fletibus: & in corde amici fuit audacia ad laudandum ſuum amatum: & in ore eius fuit amati ſui laus & præconium: & in ſua voluntate fuit vilipendium detractionũ gentium falsè iudicantium.

140 Clamabat amicus hominibus incredulis, qui recolit

lit amatum meum, in circunſtantiis ſuę recordationis obliuiſcitur omnium; & qui obliuiſcitur omnium, recolendo amatũ meum, amatus meus ipſum defendit ab omnibus, & donat ei partem omnium.

Interrogauerunt amicũ, de quo naſcitur amor: aut de quo viuit: aut quare moritur? Reſpondit amicus, quòd amor naſcitur ex memoria, viuit de intelligentia, & per obliuionem moritur. 141

Amicus oblitus fuit om- 142
nium quę ſunt ſub cœlo ſu-

premo, vt intellectus poſſet altiùs aſcendere ad cognoſcendum ſuum amatũ: quem voluntas cupit ad amandum, laudandum, & prædicandum.

152 Amicus profectus eſt ad pugnandum vt honoraret amatum ſuum: & duxit in eius comitatum fidem, ſpem, charitatem, iuſtitiam, prudentiam, fortitudinem & temperantiam: vt aduerſarios amati ſui deuinceret. at deuictus fuiſſet niſi amatus ſuus accurriſſet, & ſuas nobilitates illi oſtendiſſet.

Amicus optabat tranſire 144
ad finem vltimum, propter
quem amabat amatum
ſuum : & alij fines in eius
tranſitu impediebant ipſũ:
& ideo longa deſideria, &
cogitationes prębebãt ami-
co triſtitiam, & dolores.

Solatiabatur & gaude- 145
bat amicus nobilitatibus
amati ſui : ſed ſubitò cogi-
tauit inordinationem hu-
ius ſæculi : & abundè præ
nimio dolore & anguſtia
plorant eius oculi.

Amicus propter exceſſi- 146
uas cogitationes & deſi-
deria languere cœpit : &

orta eſt quęſtio, quid fortius ſentiebat, gaudiáne, an tormenta?

147 Nuncius erat amicus ad principes Chriſtianorum, & ad infideles ex parte amati ſui: vt eis artem oſtẽderet, & principia, quibus cognoſci poſſent, & diligi nobilitates ſui amati.

148 Si vides amatorem ornatum ſumptuoſis veſtibus, honoratum inani gloria, cibo & dormitione pinguem & diſtentum: ſcias quod in illo vides damnationem & tormenta: & ſi vides amatorem vili-

bus indutum, ab hominibus ſpretum, diſcoloratum, macrum ieiuniis, & vigiliis maceratum: ſcias quod in ipſo vides ſalutem, & æternæ beatitudinis ſignum.

Plorauit amicus, & cor 149
ob amoris calorem eſt conqueſtum: mortuus eſt amicus: miſeratus eſt eum amatus: & dedit ei conſolationem patientiæ, ſpei & retributionis in æternum.

Dixit amicus: qui ſemper 150
manet ſeruus, non ei debetur laborum ſuorum merces & præmium: neque ei

qui debitor manet in immenſum: ideo ſtultos amatores redarguit, qui differentiam non ponunt inter gratiam & præmium.

151 Conſiderauit amicus tempus præteritum. Plorauit amicus eius cauſa quòd perdidit: & non potuit conſolari: quia amiſſiones ſuæ tales erant, quæ non poterant recuperari.

152 Creauit Deus noctem, vt amicus cogitaret & vigilaret in nobilitatib⁹ amati ſui: & amicus opinabatur, quòd ipſam creaſſet ad quietem, & dormitionem

illis, qui feſſi ſunt ob amorem.

Redarguebant & deridebant homines amicum, quia ambulabat tanquam inſanus ob amorem: & amicus ſpernebat eorum deriſionem: & eos redarguebat, quia amatum ſuum non amarent. 153

Dicebat amicus, indutus ſum pannis vilibus: ſed amor veſtit cor meum iocundis cogitationibus, & corpus meum fletibus, languoribus, & paſſionibus. 154

Cantabat amatus & dicebat: dirigantur laudatio- 155

nes amici mei ad laudandos meos valores: & inimici honorum meorum eos paruipendant, habeántque vt nihilum. ideo miſi ad amicum meum, vt lugeat & ploret dedecus meum: nam ſui luctus & fletus ex meis oriuntur amoribus.

156 Iurabat amicus amato, quòd ob amorem ſuum amabat, & paſſiones & tribulationes patiebatur: & ideò orabat amatum, vt ipſum amaret & compateretur eius tribulationibus. Iurauit amatus quòd natu-

ra & proprietas amoris ſui erat, vt diligeret omnes diligentes ſe, & eorum miſereretur, qui ob amorem eius tribulationes patiuntur. gauiſus fuit amicus: & multum in natura, & ſubſtantiali proprietate amati ſui conſolatus.

Amatus abſtulit loquelam amico ſuo: & amicus aſpectu amati ſui conſolatus fuit. 157

Tantum plorauit amicus, 158 & clamauit ad amatum ſuum, donec amatus deſcendit ex ſummis altitudinibus cœlorum, & venit in

terram ad plorandum, lugendum, & moriendum ob amorem: & vt erudiret amatores ad laudandum, cognoſcendum, & amandum honorem ſuum.

159 Conquerebatur amicus de Chriſtianis, qui non præponunt nomen dulcis amati ſui in eorum literis: vt ſaltem ei illum impendant honorem quem impendunt Sarraceni Mahumeto, quem prænominant in literis ſuis, qui fuit ſeductor & homo peccati.

160 Obuiauit amicus cuidam ſcutifero, qui ſolus ambu-

labat multum cogitabundus, macer, diſcoloratus, & pannis viliſſimis indutus, ſalutauítque amicum dicens: Deus dirigat te vt tuum reperias amatum. Amicus interrogauit ipſum: in quo cognouerat eum. ſcutifer reſpondit: quòd ex vno ſecreto amoris reuelantur alia, & quòd amatores ſe inuicẽ agnoſcunt.

Nobilitates, honores, & 151
bona opera amati ſunt liber in quo legit amicus: languores verò, triſtitiæ & merores, theſauri ſunt &

diuitiæ eius,quos ſuffert ob honorem ſui amati.

162 Magni exercitus ſequacium amoris fuerunt congregati, vexillum portantes amoris, in quo eſt figura & ſignum eorum amati: nec ſocium recipiebant aliquem qui eſſet ſine amore, ne eorum amatus inde aliquid dedecoris pateretur aut ignominiæ.

163 Homines, qui congregando denarios in variis ſe oſtendunt fatuos, irrident amicum quaſi ſit fatuus ob amorem. ſed vilipenſio, quam ex huiuſmodi homi-

nibus percipit amicus, præbet modum amico, vt aſſumat amorem, & præmium ex hominibus, & ideò quęſtiõ eſt, vter duorum motuum maior eſt amoris occaſio.

164 In mœſtitia amicus magnum patiebatur amorem: propter ſummas cogitationes quas ſentiebat. & cantauit amatus: & gauiſus eſt amicus, cùm audiuit amatum cantantem, & quæſtio fuit quę duarum occaſionum maior fuit ad multiplicandum in amico amorem.

165 In ſecretis amati ſunt reuelata ſecreta amici, & in ſecretis amici ſunt reuelata ſecreta amati: quæſtio eſt, quæ ſecreta alterius eorum maiorem præbent reuelationum occaſionem.

166 Interrogauerunt amicum, per quæ ſigna cognoſcebatur amatus eius: reſpondit per miſericordiam, & pietatem quæ in eius voluntate ſunt: nullam habentes mutationem.

167 Ex ſpeciali amore, quem amicus gerebat ad ſuum amatum, amabat bonum commune plus quam bo-

num proprium: vt vniuerſaliter amatus eius cognoſceretur, laudaretur, & deſideraretur per mundum vniuerſum.

Amor & non amor, in 168
quodam viridario, in quo ſecretè loquebantur amatus & amicus, ſibi inuicem obuiauerunt: amor interrogauit non amorem, quâ intentione venerat in illum locum. reſpondit non amor, quòd venerat ad extinguendum amorem in amico, & ad inhonorandum amatum. valde diſplicuerunt amato & ami-

co. quæ dixerat non amor: & multiplicauerunt amorem vt vincerent & deſtruerent non amorem.

169 Dicas amoris fatue, in quo ſentis fortiorem voluntatem, in amando, an in obediendo? reſpondit, in amando; quia propter hoc obedit, vt poſſit amare.

170 Dicas amator in quo habes maius intelligere, an in intelligendo veritatem, an intelligēdo falſitatem? reſpondit, ideò ſe quærere intelligere falſitatem, vt melius poſſit intelligere veritatem.

tatem. Concepit amicus 171
quærere à ſuo amatore, cur
amore torquebatur : &
interrogauit ſi amor eius &
ſua miſericordia erant vnũ
atque idem. affirmauit
amatus quòd in ſua eſſen-
tia, eius amor & ſua miſe-
ricordia non differunt. Et
dixit amicus : quare ergo
torquet me amor tuus, &
quare meos languores non
ſanat tua miſericordia?
Reſpondit amatus, quòd
miſericordia id illi præbet,
vt cũ illis perfectius amo-
rem ſuum honorificet.

Amicus proficiſci voluit 172

ad regiones extraneas, vt honoraret amatum ſuum; voluit ſe celare, ne & in itinere agnoſceretur & caperetur: ſed non potuit abſcódere fletum oculorum ſuorum, neque macillentos aſpectus & colorem pallidum, neque cordis ſui ſingultus: ideò in itinere captus fuit, & ab inimicis ſui amati ad tormenta iudicatus.

173 Erat captus amicus in carcere amoris: cogitationes, deſideria & memorationes ipſum cuſtodiebant, & concatenabant, ne fu-

geret ad amatum ſuum: languores ipſum torquebant : patientia & ſpes ipſum conſolabantur. moriebatur amicus: ſed amatus oſtendit ſeipſum : & amicus illico excitatus eſt viuificatus.

Obuiauit amicus amato 174
ſuo: cognouit amatum ſuũ & plorauit. amatus autem redarguit ipſum; quia non plorabat priuſquã cognouiſſet ipſum, & interrogauit eum cum quo ipſum cognouerat : reſpondit amicus quòd memoratione, intelligentia, & eius vo-

luntate, in quibus quamprimum fuit amoris multiplicatio, eius oculis apparuit ſuus amatus.

175 Interrogauit amicus amicum quid erat amor? reſpondit, quòd eſt præſentia aſpectus & verborum amati, in corde amatoris ſuſpirantis, & languentis ex deſiderio amati. amor eſt ebullitio audaciæ, & timoris ex feruore. amor eſt finalis voluntas ad deſiderandum amatum ſuum. amor eſt id quod occidit amicum, cum audit cantus de pulchritudinibus amati

ſui: & amor eſt id, in quo eſt mors mea, & in quo ſtat continuè voluntas mea.

Deuotio, & pœnitentia 176
miſerunt cogitationes, & legatos ad cor amici, vt aſcenderet aqua ad eius oculos: qui volebant à fletibus deſiſtere, quibus diu ſeruierant amati honoribus.

Dicebat amicus, ſi vos 177
amatores vultis ignem, venite ad cor meum, & accendite veſtras lampades. ſi vultis aquam, venite ad fontes oculorum meorum: & ſi vultis cogitationes

amoris, venite, & ſumite ex cogitationibus meis.

178 Euenit quadam die, vt amicus cogitaret ingentem, quem ad amatum ſuum gerebat, amorem, & magnas tribulationes, & pericula, in quibus ob amorem ſuum diu vixerat; quódque magnæ eſſent ab amato retributiones. verùm dum hæc cogitaret, recordatus eſt, quòd amatus eius iam ei perſoluerat; poſtquam ipſú dulcis eius aſpectus amore inflammari, & languere ob eius donauerat amorem.

Amicus velabat faciem 179
ſuam, & ſuos oculos ob amorem plorantes, & detegebat mentem amato ſuo, quò dulces ſuarum gratiarum infunderet imbres.

Dicas amoris captiue, qui 180
erras tanquam inſanus ob amorem: quantum eris ſeruus, quantum ſubiectus ad plorandum, & ſufferendum tribulationem & languorem? reſpondit amicus: donec meus amatus me de mundo eripiat per corporis & animæ ſeparationem.

Dicas amoris fatue, habes 181

denarios? reſpondit, habeo amores & cogitationes, fletus, deſideria, tribulationes, & languores: qui ſunt quàm imperia, aut quàm regna longè valentiores.

182 Interrogauerunt amicũ, in quo cognoſcebat amati ſui ſententiam. reſpondit, in æqualitate gaudiorum & languorum, in qua ſuus amatus iudicat numerum amatorum ſuorum.

183 Dicas fatue amoris, quis ſcit plus amoris, an ille qui amore gaudet, an ille qui amore tribulationes patitur atque languet? reſpon-

dit quòd vno ſine altero nõ poteſt quis habere amoris cognitionem.

184 Interrogauerunt amicum, quare ſe non excuſabat de contumeliis, & falſis criminibus, quibus homines ipſum accuſabant. reſpondit quòd habebat excuſare ſuum amatum, cui homines falſo detrahebant; & quòd homo, in quem poteſt cadere error, non eſt aliqua excuſatione dignus.

185 Dicas amoris fatue, quare excuſas amorem, cùm tribuit tuo corpori & tuo cordi aſſiduum tormentũ,

aſſiduam pœnam, & tribulationem? reſpondit, quia multiplicat ſuam gratiam, & meam beatitudinem.

186 Conquerebatur amicus de ſuo amato, quòd tam grauiter ipſum torqueri ſinebat ob amorem: & ſe excuſabat amatus multiplicando amico tribulationes, pericula, cogitationes, lachrymas, fletus & anxietatem.

187 Dicas amoris fatue, quare non excuſas culpabiles? reſpondit: ne eis ſim ſimilis, qui accuſant innocentes.

188 Amatus eleuabat intellectum amici ad intelligendum ſuas altitudines, vt amicus ſuam memoriam ad ſuos defectus recordandum prouocaret, & voluntas eoſdem aſpernaretur atque contemneret: & intellectus aſcenderet ad intelligendum amati ſui ſuperexcellentes dignitates.

189 Cantabat amicus de ſuo amato, & dicebat; quòd tam feruenter ipſum diligebat, vt quæcumque erant triſtia, ob amorem ſui amati erant ſibi dulcia; & ipſa ad maiorem felicitatem

reputabat, quam ea quæ ſine amore ſui amati amabat.

190 Ambulabat amicus per quandam magnam ciuitatem, & interrogabat, ſi inueniret aliquem, cum quo poſſet loqui de amato ſuo iuxta ſuam voluntatem, & reſponderunt ei eſſe vnum pauperem, qui plorabat aſſiduè ob amorem: & ſocium inquirebat, cum quo poſſet de amore communicare ſermonem.

191 Perſiſtebat amicus totus cogitabundus, & totus abſtractus, quo pacto labores

ſui poſſent aliqua nobilitatum amati ſui principia apprehendere, qui eſt in ſemetipſo in altiſſima beatitudine: & recordatus eſt ſolem (cùm ſit tam altus) ſe totum infimis oculis infundere.

Morabantur cogitationes amici inter obliuiones ſuorum tormentorum, & memoriam ſuorum gaudiorum: nam gaudia quæ ſentit ex amore, cauſant obliuionem tormentorũ: & tormenta quæ patitur ob amorem, ſibi commemorant beatitudinem ſu- 192

turorum gaudiorum.

193 Interrogauerunt amicum, ſi erat poſſibile quòd amatus eius excluderet eius amorem: reſpondit, quòd non, quandiu intellectus intelligeret, & memoria recoleret amati ſui dignitatem, atque nobilitatem.

194 Dicas amoris fatue, de quibus fit memoria, comparatio, & ſimilitudo? reſpondit, de amico & amato. & interrogauerunt qu[illegible] ratione? reſpondit, propter amorem, qui eſt inter vtróſque.

Interrogauerunt ama- 195
tum, ſi aliquo tempore habuerat pietatem? reſpondit, ſi non habuiſſem pietatem, non accendiſſem in amico meum amorem, nec ſibi tormenta ſuſpiriorum, fletuum & tribulationum communicaſſem.

In quodam magno ne- 196
more verſabatur amicus ſolus errabundus: quærendo autem amatum ſuū, inuenit in via veritatem & falſitatem de amato ſuo contendentes. nam veritas ipſum laudabat, & falſitas ipſi detrahebat: & ideo

amicus prouocauit amorem, vt contra falſitatem adiuuaret veritatem.

197 Venit tentatio ad amicum, adeovt abſentauerit ab eo amatum. ſed gratia fecit, quòd memoria recuperaret præſentiam eius, atque aſpectum: & quòd intellectus ſe altiùs eleuaret ad ipſum contemplandum, & voluntas fortificaretur ad ipſum feruentiùs amandum.

198 Quadam die amicus oblitus eſt amati ſui, & altera die recordatus quòd oblitus fuit amati ſui: & in illa

illa die, in qua fuit memor obliuionis ſui amati, fuit amicus ſimul in triſtitia & dolore, in gloria & beatitudine, propter obliuionis mœrorem, & recordationis voluptatem.

Tam vehementer ama- 199
bat amicus laudes & honores ſui amati, vt dubitaret, an illa recoleret. & tam vehementer odiebat eius inhonorationes, quòd dubius erat an illas odiret. & ideo morabatur propter amatum ſuum, ſuſpenſus diutius inter ſpem atque metum.

200 Moriebatur amicus ex gaudio, & viuebat ex languore: ſic gaudia & tormenta ſe iungebant & veniebant, vt eſſent vnum & idem in amici voluntate: & propter hoc amicus moriebatur, & viuebat eodem tempore.

201 Obliuiſci, & ignorare voluit amicus, tantum vna hora ſuum amatum, vt haberet aliquam requiem ſuorum languorum: ſed inuenit maiorem ſibi eſſe paſſionē obliuiſci, & ignorare ſuum amatū. Idcirco donauit amori ſuum in-

tellectum, memoriā, & voluntatem, ad contemplandum, recordandum, & amandum ſuum amatum.

Tantum diligebat ami- 222
cus ſuum amatum, quòd quicquid ei dicebat id totum crédebat. & tantum ipſum intelligere optabat, quòd quicquid de eo dici audiebat, intelligere idipſum neceſſariis rationibus cupiebat: & ideo amor amici morabatur inter credulitatem & intelligentiam, inter fidem & ſcientiam.

Interrogauerunt ami- 203

cum, quid erat longius à ſuo corde? reſpondit: non amor. & interrogauerunt eum qua ratione? reſpondit: quia amor erat intimus in ſuo corde, qui diſſentit & diſcordat cum non amore.

104 Dicas amoris fatue, habes ingratitudinem? reſpondit, ita. quandocunque oblitus ſum amati mei diuitias, & ſummam eius largitatem.

105 Dicas amator, habes diuitias? reſpondit, ita, amorem. habes paupertatem? reſpondit ita, amorem. in-

terrogauerunt, quare?reſpondit quia non ſit amor maior; & quòd non accendit longe plures ad amati ſui venerandum honorem.

Dicas amans, vbi eſt 106
tuum poſſe? reſpondit: in amati mei poteſtate. quibus viribus in inimicos tuos vteris? viribus, inquit, amati mei. ex quibus exhortationem recipis? ex æternis, inquit, theſauris amati mei.

Dicas amoris fatue, quid 207
magis amas, an miſericordiam, an tui amati iuſtitiã?

Google

reſpondit æquè ſibi expedire, diligere, & timere iuſtitiam: quia nullum maius velle debebat eſſe in ſua voluntate, ad aliquid diligendum ſuprà amati ſui iuſtitiam.

208 Pugnabant adinuicem culpæ, & officia in conſcientia & voluntate amici; & iuſtitia & recordatio multiplicabant conſcientiam; miſericordia autem & ſpes multiplicabant veniam: ideo officia, ac bona opera vincebant culpas, & delicta in amici pœnitentia.

Affirmabat amicus quòd 109
in ſuo amato erat omnis
perfectio, & negabat quòd
in ſuo amato eſſet aliqua
defectio: & propter hoc
erat quæſtio; quæ maior
erat, affirmatio, an nega-
tio.

Eclipſis fuit in cœlo, & 210
tenebræ ſuper terram: &
ideo recordatus eſt ami-
cus, quòd peccatum diu à
ſua voluntate ſuum abſen-
tauerat amatum, propter
cuius abſentiam tenebræ
(luce reiectâ) occupaue-
runt eius intellectum, cum
qua ſuus amatus ſe exhibet

mentibus ſuorum amatorum.

211 Venit amor in amicum, quem amicus interrogauit, quid vellet? reſpõdit amor, quòd ideo venerat, vt ipſum nutriret, & ita moribus & vitâ formaret: vt tempore mortis ſuæ omnes ſuos infenſiores inimicos peruinceret.

212 Ægrotauit amor, quia amicus oblitus fuerat, vt ſuum recoleret amatum: poſtea ægrotauit amicus, propter recolere exceſſiuum.

213 Inuenit amicus quendam

hominem, morientem ſine amore: & plorauit amicus ob dedecus illatum amato ſuo in illius hominis morte: & interrogauit quare moriebatur ſine amore. reſpondit ei, quia nemo docuerat illum amare. Et ideo amicus ſuſpirauit, plorauit, ac dixit: ah deuotio! quando eris maior vt culpa ſit minor; & meus amatus habeat multos & feruentes amicos, qui obſeruent ipſum amare, laudare, metuere, & honorare?

Tentauit amicus amo- 214

rem, an poſſet ſuſtentari in ſuo corde, ſi deſineret ſuũ amatum recolere: & ceſſauit cor eius cogitare, & oculi eius flere, & extinctus eſt amor: & remanſit amicus deſtitutus amore. & interrogabat homines, ſi viderant amorem, & vbinam poſſet ipſum reperire.

215 Amor, amare, amicus & amatus tantum conueniũt in amato, quòd ſunt vnus actus & vna eſſentia, & diuerſi ſunt amatus & amicus concordãtes ſine vlla contrarietate, & diſcrepantia. & ideo amatus eſt amans,

& amor, & amabilis ſuper omnes alias amabilitates.

Dicas inſenſate amoris: 116
quare habes tantum amorem? reſpondit: quia longum & periculoſum iter eſt quò vado amatum meum requirere: & cum magno labore ipſum oportet inueſtigare, & ſollicitè ambulare: quæ omnia perficere nunquam poſſem ſine magno amore.

Vigilabat, ieiunabat, e- 217
leemoſinas erogabat, & ad regiones longinquas perambulabat amicus: vt poſſet voluntatem ſuam ad

ſuum amatum mouere, & ad amatum ſuum honorandum quamplurimos accendere. ſed conſiderauit amicus, quòd non eſt natura aquæ, vt calefaciat, aut ex ea aliquid ſurſum aſcendat, niſi prius calefactæ: ideo rogauit amatum vt vellet ſuas vigilias, erogationes, & peregrinationes amore calefacere, vt poſſet quod deſiderabat adimplere.

218 Occurrit amico in via cantans quidam peregrinus, atque ita dicebat: ſi non ſufficit amor amici ad

mouendum ſuum amatum ad pietatem & indulgentiam, ſufficit amor amati ad tribuendum ſuis creaturis benedictionem & gratiam.

Dicas amoris fatue, in 119 quo potes eſſe ſimilior tuo amato? reſpondit, intelligendo, & toto poſſe meo pulchritudines amati mei diligendo.

Interrogauerunt ami- 220 cum, ſi amatus ſuus habebat defectum aliquarum rerum? reſpondit quòd ſic. habet enim in hoc mundo defectum amatorum, &

ſufficientium laudatorum, ad honorandum valorem ſuum.

221 Percutiebat amatus cor amici ſui cum virgis amoris, vt diligeret arborem, in qua illas collegerat; in qua quidẽ arbore paſſus mortem fuerat, languores, dedecora, & ludibria: vt amori reſtitueret amatores, quos per fraudem inimici amoris perdiderat.

222 Obuiauit amicus amato ſuo, & vidit ipſum valde nobilem, valde potentem, & dignum omni honore. cui dixit ſe plurimum de

hominibus mirari,qui ipsũ tam parum diligerent, cognoſcerent & amarent, cùm ſit tam dignus amore. reſpondit amatus, vt ipſe diligeretur, cognoſceretur,& honoraretur, ſe creaſſe hominem: ſed in hoc fruſtratum eſſe. nam ex mille vix centum ipſum timent & diligunt: & ex centum illis nonaginta ipſum timent propter metum pœnarum: & ex illis vix decem ipſum timent & diligunt propter regnum cælorum. ſed ex mille vix vnus eſt, qui ipſum diligat

& timeat propter ſuam bonitatem , nobilitatem, ſuúmque valorem. Cùm amicus hæc audiuit, plorauit multum atque vehementer, ob dedecus amati ſui. & dixit, amate tantum tribuiſti homini, & tantum ipſum honoraſti; quare ingratus adeo , obliuiſcitur tui.

213 Laudabat amicus amatum ſuum, & dicebat quòd ipſe non tranſierat. quia ipſe eſt vbi, nec poteſt attingere vbi. & ideo cùm interrogarent amicum, vbi erat amatus ſuus? reſpondit;

dit; neſcio vbi: ſciebat tamen quod amatus ſuus erat in ſuo recolere.

Emit amatus ſuis hono- 224
ribus quendam ſeruum, & ipſum ſubiecit cogitationibus, languoribus, ſuſpiriis, & flètibus: & interrogauit eum, quid comedebat aut bibebat? reſpondit, id quod ſibi maximè placebat. rurſus interrogauit eũ, quâ veſte vtebatur, ea qua maximè delectabatur. & quòd libertas ſui eſt vera ſeruitus: ſed vera libertas eſt domini ſui ſeruitus.

Interrogauit amatus a- 225

micum: habes aliquid voluntatis? reſpondit quòd ſeruus non habet aliud voluntatis, quàm obediendi ſuo domino.

226 Interrogauit amicum: ſi habebat patientiã. reſpondit quòd omnia ſibi placent; & ideò non habet in quo habeat impatientiam: quia qui non habet dominium in voluntate ſua, non poteſt eſſe impatiens.

227 Amor ſe donabat quibus volebat: & ideò amicus cõquerebatur, quòd amor ſe non donaret multis amatoribus, & eos multum

inflammaret, vt amaretur amatus eius. ſed amor ſe excuſabat, dicens ſe non donare contra liberum arbitrium: quanquam magnam gratiam optabat amatoribus eius, magnam gloriam, magnúmque profectum.

Magna contentio, & 128
diſcordia inter amicum & amorem orta eſt: quia amicus conquerebatur de languoribus quos patiebatur per amorem. & quæſtio erat, an id defectu amoris, an ob amici proueniebat errorem: venerunt ad iu-

dicium amati, qui amicum iudicauit per languorem, & eidem retribuit amoris multiplicationem.

229 Quęſtio erat, ſi amor propinquior erat cogitationi, vel patientiæ? ſoluit amicus: quòd amor in cogitationibus generatur, & in patientia ſuſtentatur.

230 Vicini amati ſunt pulchritudines amati, & vicini amici ſunt cogitationes tribulationis, & fletus amici, quas patitur ob amorem amati.

Voluit multum aſcendere voluntas amici, vt poſ-

ſet multum ſuum amatum amare, & mandauit intellectui vt aſcenderet toto poſſe. & intellectus idem mandauit memoriæ: & omnes tres aſcenderunt ad ſuum amatum, in ſuis honoribus, contemplandum.

Receſſit voluntas ab ami- 232
co, & ſe donauit amato: & amatus poſuit eam in carcere in amico ſuo, vt per ipſam amaretur; & ſibi ſeruiretur ab amico.

Dicebat amicus: non 233
credat amatus meus, quòd vſpiam diſceſſerim ad amandum alium amatum:

quia amor me totum vniuit ad amandum vnum tantum. reſpondit amatus : non credat amicus quòd ego ſim amatus, & mihi ſeruiatur ab eo tantum : imo multos amatores habeo, à quibus longe fortius & vehementius amor, quam amore ſuo.

134 Dicebat amicus amato ſuo : amabilis amate, tu oculos meos inſtruxiſti, & imbuiſti ad videndum, & aures meas ad honores tuos audiendum : & ideo inſtrue cor meum ad id cogitandum, propter quod

oculi mei inſtruuntur ad plorandum,& corpus meũ ad languendum. reſpondit amico : ſine talibus inſtructionibus non fuiſſet nomen tuum in libro ſcriptum , in quo omnes ſcribuntur , qui ad æternam beatitudinem veniunt. nã ex eo libro deleta ſunt eorum nomina , qui ad mortem ruunt , & perpetuum interitum.

In corde amici congre- 235
gabantur voluntates amati , & multiplicabant cogitationes, & cordis rugitus, & ſingultationes: & omni-

no amicus mortuus fuiſſet, ſi amatus eius in ipſius cogitationibus plures multiplicare ſuas attractiuas pulchritudines perrexiſſet.

236 Venit amatus ad amici hoſpitium, & amicus parauit illi lectum cogitationum: & illi ſeruierunt ſuſpiria, & fletus; & amatus ſatisfecit ex veris voluptatibus.

237 Miſcuit amor tribulationes, & gaudia in cogitationibus amici. at gaudia conqueſta ſunt de mixtura illa, & accuſarunt amorem in iudicio amati, iuſſit

ea amatus ſeparari: ſed defecerunt gaudia quamprimum à tribulationibus ac tormentis fuerunt ſeparata, quæ donat amor amatoribus ſuis.

138 Signa amoris, quæ amicus habet ad amatum ſuũ, ſunt fletus in principio, tribulationes in medio, & in fine dulces mortes: & his ſignis practicat amicus ſui amati amatores.

139 Ibat amicus ſolitarius, & aſſociabant cor eius cogitationes, & lachrymæ oculos eius, & corpus eius ieiunia & afflictiones: &

quando redibat ad hominum ſocietates, ipſum diffugiebant omnes: ſed non deſerebat eum eius amatus.

240 Amor eſt mare turbatũ ventis & procellis, quod vndique portu caret atque ripis: in hoc mari nauigauit amicus: & quanto magis deſcendebat, tantò magis ſurſum eminebat. nam amoris ſumma profunditas, eſt eius ſumma ſublimitas.

241 Dicas amoris fatue, quid eſt amor? reſpondit, amor eſt concordantia theoricæ

& practicæ, ad vnum finẽ, ad quem mouetur voluntatis amici perfectio; vt faciat omnes homines honorare, & ſeruire ſuo amato. & quæſtio eſt: ſi finis amoris fortius conuenit cum voluntate amici, qui optat eſſe cum amato ſuo: aut qui optat efficere amatores quamplurimos.

Obuiauit amor amici, 242 amori huius mundi, qui cõtinuo euanuit: & cœperunt homines mirari. dixit amicus: nolite mirari, quia nõ eſt contra naturam, in prę-

ſentia lucis, euaneſcere tenebras.

243 Emit amatus hortum amico, in quo ſuos nutriret amores, quem amatus ſudando rigauit, quíque riuis ipſum fœcundauit, qui nectare erant dulciores. in medio arborem plantauit, cuius fructus omnes ſanabat languores.

244 Interrogauerunt amicum: quis erat amatus eius? reſpondit, eum eſſe qui facit ipſum amare, deſiderare, languere, ſuſpirare, plorare, derideri, & denique mori atq; interire, qui facit

mortem vitâ dulciorem, deriſum honore pretioſiorem: plorare & ſuſpirare, riſu & gaudio rem delectabiliorem.

Interrogauerunt amatum, quis erat eius amicus. reſpondit, qui propter honorandos & laudandos honores meos nihil metuit: qui in amato viuit: & in ſe eſt mortuus: quique omnibus annunciat, vt omnia vendant, & omnibus renuncient, vt mercentur amati amorem. 145

In quadam ſolemni die amicus erat in oratorio 146

amati ſui, & audiuit muſi-
cos canentes; verba erant
de amato, & cantus erant
de mundo: & non potuit
ſe continere amicus, quin
exclamaret: O quid mar-
garitas defœdatis luto, lau-
dare neſcientes! neſcitis
hos cantus non decere re-
gis virginum honores, per
quos ad turpia alliciuntur
meretrices?

147 Dicas amoris captiue, quis labor eſt grauior laborare ob amorem, an laborare ob non amorem? reſpondit, quòd hoc peterent ab hominibus pœni-

tentiam ob amorem ſui amati agentibus, & ab agentibus ob pœnarum infernalium timorem.

Dormitauit amicus, & extinctus eſt amor: quia non habuit de quo viueret. excitatus eſt amicus, & viuificatus eſt amor in eius cogitationibus, quas ad ſuũ amatum miſit amicus. 148

Dicebat amicus, quòd ſcientia infuſa procedebat ex voluntate, deuotione & oratione: & ſcientia acquiſita ex intellectu, ſtudio & labore. & ideò quæſtio eſt: quæ ſcientia citius ab ami- 149

co acquiritur, aut quæ eſt amico maior, & quæ ad amandum commodior.

250 Dicas fatue amoris, vnde habes tuas neceſſitates? reſpondit, ex cogitationibus, & deſideriis, cum perſeuerantia ad amatum ſuſpirando & gemendo. vnde habes hæc omnia? reſpondit, ab amore hæc habeo. vnde habes amorem? ab amato. vis eſſe captiuus? ita, reſpondit, amoris, ſuſpiriorum, cogitationum, laborum, periculorum, exilij, & fletuum, ad ſeruiendũ amato meo.

nam

nam ad cognoſcendum eius valores (inquit amicus) creatæ ſunt res omnes.

Torquebat amor ama- 151
tum : & in illo tormento ciulabat amicus , clamabátque ad amatum vt illi adhæreret & ſanaret ipſũ. & quanto plus amatus adhærebat amico, tanto fortius ipſũ torquebat amor: nam plus amoris ſentiebat. quare in amantibus dolor eſt voluptas : & languor eſt ſanitas : & minor languor maiore ſanatur languore.

Ægrotabat amor:& ami- 152

cus ipſum cum patientia, perſeuerantia, & obedientia curabat. amatus autem viſitabat amicum donans ei recordationem ſuarum virtutum, & excellentiarum ſuorum honorum.

253 Clamabat amicus per vicos & plateas: nomen amati mei fons eſt vberrimus amoris. ſi omnes illud portarent, non eſſent diuiſi ſui amores: vt neque in ſole ſplendores. ſtulti igitur ſunt illi, qui vas illud frangunt, quod inutile eſt diuiſum, & integrum eſt precioſiſſimum.

Dicas amoris captiue, 154
quid eſt ſolitudo? reſpondit amicus, ſolatium, & ſocietas amici cum amato. quid eſt ſolatium? reſpondit, ſolitudo ſtans in corde amici nihil aliud meditantis, quàm pulchritudines ſui amati.

Quæſtio formata eſt 155
amico, vbi eſt maius periculum: an patiendo tribulationes ob amorem: vel recipiẽdo conſolationem? concordes fuerunt amicus & amatus, & dixerunt, quòd pericula in tribulationibus veniunt per impa-

tientiam : ſed pericula in conſolationibus ſunt per cognitionem.

256 Amatus ſoluit amorem, & permiſit gentibus, vt ex eo acciperent quantum ipſi vellent : ſed vix inuenit amor, qui ipſum in corde locarent. quare dixit amor : alta inhabito, infima non deſero, me gratis cõmunico : & ideo qui me non recipit, non habebit excuſationem.

257 Deſtruxit amor in corde amici ſui, veterem ædificationem : vt in noua inueniret manſionem. primam

fecerat amatus ex arida;ſecundam ex humida: vt cum cœlo haberet participationem.

Erant in amico duæ cogitationes: vna cogitabat in eſſentia ſui amati: & altera cogitabat in excellentia eius artificij: & ideo quæſtio eſt, quæ cogitatio erat lucidior & amato ſuo acceptior. 258

Deriſores amati vocauerunt amicum ad iudicium: comparuit amicus, & non habuit patronum: quia in paupertate nullas ſperabāt opes. accuſarunt eum, 259

quòd non viueret vt cæteri homines. ab amore (reſpondit amicus) habeo diſpenſationes. voluerunt eũ carceribus mancipare: & appellauit ad amati ſui leges.

260 Egreſſus de prætorio vidit ſolem lucentem: ô ſol, inquit, ſplendidiſſime, qui te præbes amato meo obedientem: ſicut imples quotidie iuſte vigintiquatuor horas, ſic luceas ſuper omnes qui faciunt iuſtitias.

261 Tranſiuit amicus per locum infirmorum, & erant

quamplurimi infirmitate iacentes: & interrogauit ob quam cauſam maius haberent ſolatium: & intellexit, quòd propter amatum ſuum: & dixit amicus, fidite in fœlicitate in eo, qui non deſerit in neceſſitate. ſi nomen amati mei tantũ valet: amatus meus quantum poteſt?

Dicas amoris captiue, velles mori? reſpondit, ita quoad delectationes huius ſæculi: & quoad cogitationes maledictorum, quæ obliuiſcuntur & inhonorant amatum meum. 262

263 Si tu, amoris captiue, dicis veritatem, eris ab hominibus verberibus cæſus, irriſus, reprehenſus, & tandem tormentis & neci traditus. ſequitur igitur (inquit) ſi dixero mendaciũ, quòd ero laudatus, dilectus, honoratus, atque protectus ab amici mei contemptoribus.

264 Falſi laudatores quadam die detrahebant amico in conſpectu amati ſui: & habebat amicus patientiam, & amatus iuſtitiam, poteſtatem, & ſapientiam. & amicus malebat ſibi detra-

hi & redargui quàm à falſis detractoribus diligi.

Seminabat amatus diuerſa ſemina in corde amici ſui, ex quibus naſcebantur folia: & emittebantur flores & grana, & tantum naſcebatur vnus fructus: & dixit amicus, in proprietate ſeminum relucet amatus. nam ſicut vnum ſolum fructũ producunt: ita vnus ſolus debet eſſe amatus. 265

Amatus morabatur ſupra amorem multum ſummus: & ſub amore morabatur amicus multũ imus: & amor morabatur in me- 266

dio : & deſcendit amatus ad amicum , & aſcendit amicus ad amatum. & ex illo deſcenſu & aſcenſu viuit & aſſumit initiũ amor: ex quo languet amicus : & ſuo ſeruit amato in libertate ſanus.

267 Ad dexteram amoris moratur amatus : & ad ſiniſtram amoris moratur amicus : & ideò niſi amicus tranſeat per amorem, non poteſt attingi amatus.

268 Ante amorem ſtabat amatus : & poſt amatum ſtabat amicus:& ideò ami-

cus non poterat peruenire ad amorem, niſi per amatum ſua tranſirent deſideria, ſuíque cogitatus.

Intrauit amicus hortum amoris, & vidit lilium, & gauiſus eſt: quia ſibi repræſentabat ſuum amatum, qui eſt candidiſſimus, & puriſſimus omnium. Deinde vidit pulcherrimam roſam, & ait: ſicut roſa oculis corporalibus eſt pulcherrimus florum: ſic oculis mentalibus amatus meus eſt pulcherrimus amatorum. 269

Ex bonitatis abyſſo, fon- 270

tani valoris honoribus, & valoribus prodierunt duo ſimilia. & æqualiter amore illorum trium accenditur amicus; & nihilominus amor eſt vnus: ad oſtēdendum quòd quamuis tres ſubſiſtant amati, eſt tamen tantùm in eſſentia vnus amatus.

271 Amatus ſe induit panno, quo veſtitus erat eius amicus: vt in gloria æterna amicus fieret ei ſocius: & ideò amicus veſtes rubras optabat continuò, vt amato ſuo ſimilior fieret in corporeis habitibus.

Dicas amoris captiue, 272
priuſquam mundum faceret, quid faciebat tuus amatus? amatus meus, inquit, amabat. nam ex diſcretis proprietatibus perſonalibus erat infinitis & æternis: qui ſunt amans & amor & amatus.

Plorabat amicus, & tri- 273
ſtitiam ſentiebat, cùm videbat infideles ignoranter perdere ſuum amatum: & in iuſtitia ſui amati gaudebat, qui eis, qui ipſum cognouerunt & non ei obediunt, non protinus infligit ſupplicium: & ideò

quæſtio eſt, quid maius erat triſtitia, an gaudium: & an habebat maiorem voluptatem, cum videbat honorari amatum ſuum: an maiorem tribulationem, quando videbat inhonorari ipſum.

174 Intuebatur amicus ſuum amatum in maiori differẽtia, & concordantia virtutum, deinde concordantiã creatarum virtutum, & cõtrarietatem vitiorum: ideò dixit, cõcordantia cum diſcretione & differentia eſt perfectio, quæ fortius cõuenit cum eſſe ſine defectu

quàm cum defectu, & non eſſe.

Secreta amati ſui videbat amicus ex differentia & concordantia, quæ illi reuelabant in amato ſuo pluralitatem in vnitate, & vnitatem in pluralitate: & ob infinitatem eſſe conuenientiam ſine vlla contrarietate. 175

In aurora ſpatiabatur amicus, & intuitus eſt orientem ſolem. & gaudio repletus incepit cantare: de auroræ pudico thalamo in hunc mundum egreſſus eſt amatus meus: in qua 176

qui cogitat maculam, in ſole cogitat tenebram.

277 Dixerunt amico, quòd ſi generatio, quæ eſt contraria non eſſe; & corruptio, quæ eſt contraria eſſe, æternaliter fuiſſent: impoſſibile eſſe generationem concordare cum eſſe, & eſſe priorem. ex his, inquit amicus, video amati, æternam, ſine quacunque contrarietate, generationem.

278 Dixerunt amico, qui ſunt amati tui parentes? reſpondit in parabola, meus amatus ſol eſt ortus ſine

matre;

matre: luna orta ſine patre: patrem habet ſine matre, & matrem ſine patre.

279 Si eſſet falſitas, id propter quod non poteſt amatus plus à ſuo amico amari: eſſet neceſſitas, id propter quod non poteſt amplius amicus ſuum amatũ amare. & ſi id defectus maioritatis & veritatis eſſet in ſumma perfectione, & concordantia in falſitate & minoritate.

280 Laudabat amicus amatum ſuum, dicens, ſi amatus meus habet maiorem poſſibilitatẽ ad perfectio-

nem, & maiorem impoſſibilitatem ad imperfectionem; oportet amatum meum ſimplicem eſſe, & purum in eſſentia, & operatione, & nunquam torpentem vigorem: & dum ſic amicus ſuum amatum laudabat; ſuus amatus ei ſummæ fœcunditatis trinitatem reuelabat.

281 Videbat amicus in natura vnius & trium maiorem concordantiam, quàm in alio numero. nam omnis forma corporea venit de non eſſe ad eſſe, in numero prædicto. & ideo ami-

cus in maiore concordantia numeri, intuebatur amati ſui trinam vnitatem, & vnam trinitatem.

Amicus laudabat poteſtatem, ſapientiam, & voluntatem amati ſui, qui (præter peccatum) creauerat omnia: & ideo ſenſit quòd peccatum eſſet ſine poteſtate, ſapientia, & voluntate amati ſui: cui neque poteſtas, neque ſapientia, neque voluntas amati ſui præbet occaſionem. 182

Laudabat & amabat amicus ſuum amatum: quia 183

ſuis ſcribebat verba, quæ amatus dicebat moriens, & ſe confortabat, cum cogitabat eius triumphantem reſurrectionem.

Nutriebat amatus ſuum amicum ad diligendum, & amor inſtruebat eum ad patiendum, miſericordia ad ſperandum, iuſtitia ad timendum, & fides ad credendum: ſed cùm fuit maior factus, hæc omnia eum inſtruebant ad amandum. 288

Interrogabat amatus homines ſi viderant amicum ſuum, oſtendebátque 289

anceps fuit: attamen reſpondit quòd recreatio fuit conueniẽs ad pœnam euitandam, & incarnatio ad dandam beatitudinẽ ſempiternam: & quòd pœnæ deuitatio erat citra terminum; & beatitudo in termino. & ideo putabat maius amoris argumentum, quòd ipſum aſſumpſerat.

285 Ambulabat amicus eleemoſynas petens, nominando amatum ſuum, vt amati ſui memoriam faceret aliis hominibus. & cùm quadã die nihil ei porrigeretur, nec largiretur,

Bibebat amicus amorem 294
in fonte amati, & eſt inebriatus amore: quęſiuit cauſam ab alio amatore: & reſpondit ei, quia ille fons eſt, in quo nos amatus lauit à crimine.

Dicas amoris inebriate, 295
quid eſt peccatum? reſpondit, eſt inordinatio contra id, quod ab amato meo eſt ordinatum; eſt auerſio ab amato; & ex defectu ordinationis, boni priuatio; eſt quod eſt contra eum finem, ad quem creatum eſt vniuerſum.

Interrogauerunt ami- 296

qualis, inquiunt, eſt tuus amatus? reſpondit amicus: meus amatus eſt qualis & non qualis: quia bonus & bonitas, formoſus & formoſitas. quantus eſt tuus amatus? magnus, inquit, eſt & paruus, ſublimis & imus, ſimplex & compoſitus: & ipſe totus eſt ſine compoſitione vnus.

Vociferabatur amicus: 292
amatus meus immenſa lux, & in cuius vmbra viuimus: eſt inacceſſibilis, qui acceditur ab humilibus: eſt incõprehenſibilis, qui apprehẽditur à ſimplicib⁹: emitte

nitam : & ideo in iuſtitia amati ſui videbat amicus, quòd mundus erat nouus, & quòd ęternitas amati ſui prior erat quàm tempus, vt eius immenſitas maior cognoſceretur, quã mundi capacitas.

Excuſabat amicus ſuum 198 amatum contra dicentes, quòd mundus eſſet æternus : & dicebat quòd ad amati immenſam iuſtitiam pertinet, vt vnicuique rationali animæ reddat corpus ſuum, ad quod non ſufficeret neque materia, neque locus, ſi mundus eſſet æternus.

299 Dicas amoris fatue, in quo cognoſcis, quòd fides catholica ſit vera, & quòd nunc lex Iudæorum & Sarracenorum ſit in errore, & falſitate conſtituta? reſpondit, in decem (libri gentilis & trium ſapientum) conditionibus.

300 Dicas amoris fatue, vnde incipit ſapientia? reſpondit, in fide & deuotione, quæ ſunt ſcalæ, per quas aſcendit intellectus ad intelligendum amati ſui ſecreta. dixit rurſus: fides & deuotio. vnde habent initium? reſpondit, ab amato

meo, qui illuminat fidem, & accendit deuotionem.

Interrogauerunt amicum, quæ erat maior poſſibilitas, an impoſſibilitas? reſpondit quòd poſſibilitas erat maior in creatura: & impoſſibilitas in amato ſuo; nam poſſibilitas & potentia concordant: & impoſſibilitas & actiuitas. 301

Dicas amoris fatue, quid eſt maius, differentia, an concordantia? reſpondit quòd extra amatum ſuum differētia erat maior 302

in pluralitate : & concordantia maior in vnitate.ſed. in amato erant æquales, & in pluralite, & vnitate.

303 Dicas amator, quid eſt valor? reſpondit quòd eſt contrarium valoris huius ſæculi: nam valor huius ſęculi deſideratur à falſis & vanæ gloriæ cupidis amatoribus, qui volunt valere potius per inanem valorem, quàm eum ſequi qui omnem præcellit valorem.

304 Fatue, dixerunt, ſcis quid eſt vtilitas? reſpondit, vtiles cogitationes. ſcis quid eſt

eſt vrbanitas? timor amati mei qui ex amore & verecundia naſcitur, & quo detractationes peruerſorum timentur. ſcis quid eſt honor? reſpondit cogitare amatum meum, honores ſuos deſiderare, & laudare ipſum.

Ingreſſus eſt amicus clau- 305
ſtrum religioſorum, & interrogauerunt eum, an eſſet religioſus. reſpondit ſic: religioſus ſum amati mei. quam regulam ſequeris? amati inquam mei. cui vouiſti? reſpondit, amato meo. habes voluntatem?

non, dixit, amatus meus habet illam. addiſti aliquid ad amati tui regulam? reſpondit nihil addendum eſſe ad perfectionem. Sed cur, inquit, vos etiam cum ſitis religioſi, nomen non portatis amati: ne, cum alterius nomen portetis, amorem minuatis, & cum alterius vocem audiatis, amatum non intelligatis?

306 Amoris fatue dicas, quid eſt amor? reſpondit eſt id quod liberos ponit in ſeruitute; & ſeruos donat libertate. & hinc orta eſt quæſtio, cui ſit amor, liber-

tati, an ſeruituti propinquior.

Vocabat amatus amicum ſuum. & ipſe dulciter reſpondebat in hunc modum: quid tibi placet amate, qui es oculus oculorum meorum, & cogitatio cogitationum mearum, & perfectio mearum perfectionum, & amor meorum amorum, & adhuc finis mearum intentionum. 307

Amicus dicebat amato: ad te vado, per te vado, & in te vado: quare me vocas? vado contemplaturus 308

cum contemplatione tuæ contemplationis. In tua virtute venio vbi aſſumo virtutem. ſaluto te cum tua ſalutatione, ex qua æternam ſalutem ſum percepturus.

309 Cantabat amicus, ignis calefacit, calor lenificat. & leuitas ſurſum tollit: ſic amor mentes vrit; ſic amor lenificat; ſic amor ſurſum capit. vnus amor tria nectit, & in fortitudine colligat.

310 Interrogauerunt amicum, quid eſt mundus? reſpondit, liber eſt, ſcien-

tibus legere, quo cognoſcit amatus meus. an amatus tuus ſit in mundo? ita, inquit, ſicut ſcriptor in libro. in quo eſt ille liber? reſpondit, in amato meo: nam amatus meus omnia continet; quare mundus eſt in amato, & non amatus in mundo.

311 Amice, dixerunt, quem ſtultum reputas amatorẽ? reſpondit amicus: eum qui amat vmbram, & non curat veritatem. quem diuitem? qui amat veritatem. quem pauperem? qui amat falſitatem. an mundus

amabilis? ita, dixit, ſicut opus propter artificem: & ſicut nox propter ſuccedentem diem.

312 Alij amatores interrogabant amicum, an amati ad ipſum eſſet aliqua proportio? interrogate inquit, ſupremum cœlum: nam & motus huius finitus eſt, & amati mei vigor infinitus. ſed natura proportione elongat, & voluntas proportione æquat: nam quãta eſt amati mei mouendi voluntas; tanta eſt primi motus velocitas.

313 Conquerebatur amicus

ſuo domino de ſuo amato; & ſuo amato de ſuo domino. & dicebant dominus & amatus, quis fecit de nobis ſeparationem, qui vnum & idem ſumus. reſpondit amicus: pietas domini, & tribulatio quæ prouenit ratione amati.

Amicus pereclitabatur 314 in magno pelago amoris, & confidebat in auxilio ſui amati: & dixit amatus, lacus amoris contrarius eſt aliis lacubus. nam ſaluatur qui ad fundum peruenit: & qui emergit, & foras egreditur, ille perit. oppoſitum

autem eſt in aliis: & ideò amicus à timore deſtitit.

315 Gaudebat amicus, quia ſuus amatus erat: nam propter ſuum eſſe, eſt omne aliud eſſe, & venit in eſſe, ſuſtentatur in eſſe, & obligatur ad laudandum, & venerandum amati ſui eſſe: quod nullum aliud eſſe poteſt, aut delere, aut minuere, aut augere.

316 Quid eſt eſſe amati tui? reſpondit, eſt radius qui reſplendet in omni re: ſicut ſol in vniuerſo orbe: quo retracto rerum nox eſt: & quo extento rerum

dies.item eſſe amati mei eſt fundamentum, in cuius ſimilitudine conſeruatur vniuerſum.

Rurſus interrogauerunt, 317
quid eſt amici tui vnitas? Reſpondit, eſt quæ tria nectit in æternitate ſine quacunque naturæ aut ſubſtantiæ diſtinctione; tria nectit in tempore; & ſi quid vſquam perfectum eſt, in eo tria nectuntur vnitate.

Quanta eſt, amoris fa- 318
tue, amati tui bonitas? tanta eſt, dixit, quòd omne aliud bonum eius compa-

ratione, aut nihil eſt, aut punctum: & omne quantum eſt, non quantum: & quæ, cum ſit ſine diuiſione in tribus, triplex habet in rebus diuiſum veſtigium, vtile videlicet, delectabile, atque honeſtum.

319 Poteſtas amici mei, dicebat amicus, qui te vult menſurare, tentat cum nihilo numerum numerare. ſed tu nihilum metiris, cum tu ex nihilo aliquid efficis. cum tu igitur ſola id poſſis, apparet manifeſte, quod tu ſola ex impio iuſtũ facis.

Amicus in anxietate poſitus reclamauit veritatem amati ſui : amata, inquit, veritas, viſita contritionẽ cordis mei, & da aquam oculis meis; quia voluntas mea te amat; & quia tu veritas es ſuprema, & peccatum eſt falſitas; adiuua voluntatem meam, vt vincat peccata, quæ veritati ſunt contraria. 320

Amicus reſpiciebat iridem, & tres illi apparuerunt colores. mira, dixit, trium diſtinctio: & penitus trium eadem res. quomodo id inquit, apparet in 321

imagine, ſi non ſubſiſtit in veritate?

322 Creauit amatus, deſtruxit amicus: iudicauit amatus, plorauit amicus: recreauit amatus, conſolatur amicus. conſummauit amatus operationem ſuam: & amicus habet amati ſui ſocietatem æternam.

323 Per vias vegetationis, ſenſuum, imaginationis, intellectus, & voluntatis ambulat amicus quærendo amatum ſuum, & in illis viis patiebatur multas difficultates, vt eleuaret intellectum ſuum: ſed illud erat

ei periocundũ;quia amatus ſuus vult vt ſui amatores, viis omnibꝰ perquirãtipſũ.

Mouetur amicus in eſſe, 124
per contemplationem, & mouetur in non eſſe per peccatum: quæſtio eſt, quis horum duorum motuum in amico naturaliter potentiam maiorem habet, maioremve effectum.

Poſuiſti me amate inter 125
malum meum & tuum bonum: ideo te oro pro parte tua ſit pietas, miſericordia, patientia, clementia, venia, adiutorium & reſtauratio. & pro parte mea ſit

contritio, perſeuerantia, & cum ſuſpiriis, lachrymis, gemitibus, & fletibus tuę benedictæ paſſionis memoria.

326 Amate, qui me facis amare, ſi me non adiuuas? quare voluiſti me creare, aut quare tormenta paſſus es mortis tam amarę? poſtquam tantum me adiuuiſti ad exurgendum, adiuua me ad deſcendendum; vt oderim peccatum, quo meę cogitationes melius aſcendere poſſint ad te diligendum, laudandum, & honorandum.

Amate, dixit amicus, 327
creaſti velle meum liberum ad te amandum, & tuos honores honorandum: vt poſſint in voluntate mea multiplicari tui amores. In iſta libertate tu amare cœpiſti meam voluntatem: ergo in hoc mundi periculo recordare mei, qui de voluntate libera tibi facio ſeruitutem.

Amate, nunquam ex te 328
in amicum tuum venit culpa, aut peccatum; neque ſine gratia tua, & venia venit in amicum tuum vnquã aliquid perfectum: ergo

poſtquam amicus tuus te habet in tali poſſeſſione, non obliuiſcaris eius in quacunque tribulatione.

329 Amate, qui vno nomine nominaris Deus, & in illo tuo nomine, te vult mea voluntas Deum & hominem collaudare. tu amate tantum honoras amicum tuum abſque meritis ſuis, nominando & amando tuum nomẽ dulciſſimum: quare non tantum honoras ignorantes homines, qui ob ſuam ignorantiam minus ſunt culpabiles, quàm aliquando fui ad cognoſ-

cognoſcendum nomen
tuum ſalutare,& ipſum no-
minandum , tremendum,
& honorandum.

Plorabat amicus,dicens 310
amato ſuo , non fuiſti aua-
rus & illiberalis donando
amico tuo eſſe,& ipſum re-
creando, & multas creatu-
ras ad eius ſeruitium de-
putando.vnde ergo proce-
deret , amate,quòd tu (qui
ſuprema liberalitas) eſſes
auarus amico , in dando
fletus , cogitationes , ſa-
pientiam & amores ad ho-
norandos tuos valores?

Odorauit amicus flores, 311

& memor fuit diuitum, auarorum, luxurioſorum, ſuperborum & ingratorum: guſtauit amicus dulcores, & intellexit amaritudines (in exitu huius ſæculi) poſſeſſionum temporalium. Senſit amicus gaudia, & intellexit breuem eorum in hoc ſæculo tranſitum. anhelauit ad temporalia bona: & intellexit ex concupiſcentiis in futurum æterna tormenta. & ideo ſtatim amicus omnia vana contempſit gaudia.

332. In quadam magna cele-

britate quoddam templum intrauit amicus,& conſiderabat honorem qui impendebatur amato, & vidit quòd ei impendebatur dedecus:&incœpit ad turbam clamare:nolite inſenſati irreuerenter altaria tangere; quia ſunt ſummi Regis lectus: nolite ſacrum ſeptum introire, quia ſunt eius thalamus: & increpauit cuſtodes, quòd tam negligenter cuſtodirent eius amati honores.

Diç amans,quid eſt amor? 333
reſpondit amicus, amor eſt viuentis mors,& morientis

vita. eſt in die lætitia : & in morte triſtitia. voluptas in patria. in peregrinatione mœror. eſt ſuſpirans abſentia : & ſine fine gaudens præſentia.

334 Rurſus interrogauerunt eum, an in die ambulabat, an in nocte ? reſpondit, meus amor mihi eſt dulcedo amara, & amaritudo dulcis, & lachrymæ meæ teſtes ſunt nondum mihi eſſe ortum diem, ſed (amori dulce) ad patriam propero, vbi non licet inuenire noctem.

35 Inter tribulationes & gau-

dia erat lectus amici: cum gaudio dormiebat, & cum tribulationibus exurgebat. quæſtio illi facta eſt, cui illorum amicus propinquior recumbebat.

In ira dormitauit amicus, 331
quia metuebat amato ſuo hominum detractionem: & in patientia excitatus eſt, cùm meminit amati ſui laudem. quæſierunt ab amico, an ſomnus, an excitatio eſſet ei acceptior. & reſpondit, in patientia inuenio requiem, in ira tribulationem.

Cogitauit amicus de 332

morte, & timuit; donec illi in memoriam venit ciuitas amati ſui, cuius amor & mors ſunt portæ atque introitus.

338 De ſimplicitate diſputabant, ſimplex eſt qui nihil ſcit. alter dicebat, ſimplex eſt, qui ſine crimine viuit. ſuperuenit amicus, & dixit: vera ſimplicitas eſt, quæ omnia facta ſua confidenter amato meo committit. ſimplicitas eſt, quæ magis fidem quàm intelligentiam (in ijs quæ ſupra ſe ſunt) magnificat, & quę vana, ſuperflua, curioſa, ſubtilia &

præſumptuoſa in iis quę
ſunt amati mei ſummopere
deuitat; quia illa contraria
ſunt ſimplicitati.

Rurſus ambo interroga- 339
uerunt eum: ſi ergo ſcien-
tia ſimplicium ſit magna.
reſpondit, ſcientia magno-
rum ſapientum ingens eſt
aceruus, & pauca grana: ſed
ſcientia ſimplicium modi-
cus eſt aceruus, ſed grana
innumera nam neque prę-
ſumptio, neque curioſitas,
neque nimia ſubtilitas ad-
dit ad ſimplicium aceruum.
quid faciunt præſumptio &
curioſitas? reſpondit ami-

cus, vanitas eſt mater curioſitatis, & ſuperbia pręſumptionis. & ideo eadem faciunt, quę faciunt vanitas & ſuperbia. & per curioſitatem & præſumptionem inueniuntur amati mei hoſtes, ſicut per ſimplicitatem eius acquiruntur amores.

340 Conquerebatur amicus ſuo amato de tentationibus ſibi indies occurrentibus, diſturbantibúſque ſuos cogitatus. cui reſpondit amatus, tentationes occaſionem eſſe, qua ad Deum recurrimus, & qua ſuas gratiarum infuſiones honoramus.

Perdidit amicus vnum 341
iocale, quod multum diligebat,& perditionem illius ſatis impatienter ferebat.& quæſtionem ei formauit amatus, vtrum magis illi profuerat iocale quod habuerat, an magis nocuerat patientia quam perdiderat?

Ibat amicus, & dicebat, 342
primum corpus à nullo continetur, & omnia continet: & primus motus non continetur, ſed continet alios motus omnes. quis ergo non videt, quomodo meus amatus, cùm ſit

omnium omnino primus, omnia continet, & à nullo continetur.

343 Coram amico quadam die detrahebant amato. id autem amicus audiebat, ac tacebat. queſtio igitur formata eſt, vtrum maius habuerint peccatum, an illi detrahendo, an amicus tacendo?

344 Recolebat amicus ſua peccata, & ob metum gehennę voluit plorare: & plorare non potuit. petiit ab amore lachrimas: & ſapientia illi reſpondit, vt ſæpius & fortius ploraret

ob amati ſui amorem, quàm ob pœnarum formidinem: quia magis illi placent fletus propter amorem, quàm fletus qui funduntur ob timorem.

Obediuit amicus ſapien- 345
tię, & vno oculo plorauit plures & groſſiores propter amorem lachrimas, & altero pauciores & minores propter timorem, vt ſuo amato maiorem faceret honorem per amorem, quàm per timorem: & fletus propter amorem dabat ei conſolationem ac requiem, fletus autem pro-

pter timorem dabat dolorem & tribulationem.

346 Dum amicus contemplaretur amatum ſuum, intellectus acuebatur contemplatione, & voluntas ſuccendebatur amore, quibus eius memoria fœcundabatur vberius, ad memorandum amatum ſuum.

347 Cum timore & feruore ambulabat amicus ad honorandum amatum ſuum. feruor illum portabat, & timor cautum faciebat: & ita ambulantem amicum, amatus per ſuſpiria & fletus ſalutabat. quęſitum eſt ab

amico, quod illorum quatuor maius gaudium tribuerat. reſpondit amicus, fletus & lachrimas eſſe feruoris ebullitionem, & feruorem eſſe ignem, timorem autem cuſtodem.

Interrogauerunt amicum, quomodo cor hominis ſe conuertit ad amandum ſuum amatum? ſicut, inquit, ad ſolem ſe conuertit heliotropium. quomodo igitur non omnes amant amatum tuum? reſpondit, quia iis qui non amant, nox eſt adhuc per peccatum. 348

Theologia, philoſophia, 349

medicina & i⁹obuiarũt amico, à quib⁹ interrogauit nũcium de ſuo amato. Theologia inueniebat, philoſophia inquirebat, medicina coniiciebat, & ius deliberabat: quæritur quid de amato vnaquęque dictarum dominarum indicabat.

350 Obuiauit amicus cuidam diuinatorio aſtrologo, & interrogauit quid eſſet ſua aſtrologia: qui dixit ſcientia ad ſciendum futura. falleris, inquit amicus, non eſt ſcientia, ſed ſcientiæ fallacia, necromantiæ & phithomantię velamentũ,

pſeudoprophetia infamãs ſummi opificis artificium, ſemper malorum nuncia, quam amati mei reprobat prouidentia, loco malorum (quæ ipſa minatur) impartiens bona.

Ibat amicus clamans! ô 331 quàm vani ſunt in mundo multi homines, qui curioſitatem ſequuntur aut præſumptionem: nam per curioſitatem incidũt in maximam omniũ impietatem, nominibus Dei abutentes, malos ſpiritus tanquam bonos angelos exorciſmis & imprecationibus inuo-

cantes, nomina Dei & bonorum angelorum illis tribuentes, & ſancta profanantes per caracteres, per figuras, per imagines; per pręſumptionē vero omnes in mundo ſeminatæ ſunt hæreſes. & plorauit amicus vehementer, propter tantas iniurias, quas aduerſus amatum committunt ignorantes homines.

352 Dicas amoris fatue: quis maior & nobilior amor qui ſit in creatura? reſpondit, ille qui vnus eſt cum creatore: nam non habet cum quo poſſit magis creatu-

ram

ram nobilitare.

Ingreſſus eſt amicus 353
clauſtrum religioſorum & interrogauerunt eum, an eſſet religioſus? reſpondit eis ſic: amati mei. quam regulam ſequeretur? reſpondit amati mei. cui vota feciſſet? reſpondit amato. an haberet voluntatem? dixit non: nam amatus meus habet illam. an aliquid addidiſſet ad amati ſui regulam? reſpondit nihil eſſe addendum ad perfectionem. & cur etiam cum ſitis religioſi, nomen non portatis amati mei, ne cum

aliud portetis, amorem minuatis: & cum alterius vocem auditis, amatum meũ non intelligatis?

354 Audiebat amicus detrahi amato ſuo: in qua detractione intellectus eius iuſtitiam & patientiam amati ſui videbat: qua iuſtitia detractores puniebat; & patientia ipſos ad contritionem & pœnitentiam expectabat. & dixit, magnæ clementiæ eſt amatus, qui (ſi velit) bona æterna etiã præparat hoſtibus.

355 Quadam die reſpiciebat orientem, & occidentem, meridiem æſtiuum, & meridiem hiemalem: & cognouit amati ſui ſignum: & ideò amati ſui ſignum fecit inſcul-

pi, & in qualibet quatuor ex-
tremitatum, lapidem pretio-
ſum tanquam ſolem quendã
ſplendidiſſimum collocari: &
iugiter ſupra ſe portabat, &
ſignum recordationem veri-
tatis faciebat.

Varia loca viſitabat amicus, 356
& inuenit multos gaudentes,
ridentes, cantantes, & in
omni ſolatio viuentes. quæ-
ſtio orta eſt, an magis in hoc
mundo ridendum ſit, an plo-
randum? venerunt virtutes
vt quæſtionis huius eſſent iu-
dices. dixit fides, plorandum
eſt: quia plures ſunt infideles,
quàm fideles. dixit ſpes, plo-
randum eſt: quia pauciores
ſperant in Deo, & in terrenis
bonis ſperant plures. dixit

charitas, plorandum eſt: quia tam pauci Dei & proximi ſunt amatores. cæteræ virtutes ſequebantur, & idem pręcipiebant omnes.

357 Ægrotauit amicus, & cum conſilio amati ſuum teſtamentum condidit: culpas & peccata contritioni & pœnitentiæ reliquit, delectationes tẽporales vilipendio & ſpretui, fletus & lachrimas ſuis oculis, ſuſpiria & amores ſuo cordi, & ſuo intellectui pulchritudinum contemplationes ſui amati.

358 De morte cogitabat amicus, & dixit: Regina cœli, cum mihi erit moriendum, expande ſinum tuum, in quo dulciſſimum meum reclinaſti amatum: & non timebo

omnium hoſtium vniuerſum inſultum.

Quanto arctiores ſunt viæ, 359
per quas amicus incedit ad amatum ſuum, tanto ampliores ſunt amores: & quanto ſtrictiores ſunt amores, tanto ampliores ſunt viæ. & ideo qui per latas huius mũdi vias quærunt incedere, euenit vt ipſi aut nihil, aut parum poſſint amare.

Congregati erant multi 360
amatores, & interrogauerunt quendam nuncium amoris, vbi, & in qua re cor erat maximè deuotione & amore inflãmandum. reſpondit nuncius amoris, in templo amati ſe humiliando toto poſſe, & adorando amatum: quia ipſe vnicum eſt ſanctum ſancto-

rum, & ideò qui hoc neſciebant facere, neſciebant legitimè amare.

361 Probauerunt amatores nuncium amoris, & dixerũt, quòd irent per mundũ, & clamarent vt adoratores, colerent ſeruitores vt ſeruitores, & dominum vt dominum, vt melius valeant exaudiri ſuæ preces; quia nullum oportet plus amare, quàm amatum; & in nullo plus quàm in amato confidere.

362 Dicas amator, quid ſunt tuæ tribulationes, fletus, ſuſpiria, luctus, labores & pericula in amato? reſpondit, amati delectatio. Et interrogauerunt rurſum, quare amati delectatio? quia ſunt vt magis amatus diligatur, &

vt amico retribuatur.

Petitum eſt à nuncio amo- 363
ris, vnde eſſent amato tot inutiles ſeruitores, qui magis viles ſunt, abiecti, & contemptibiles, quàm homines ſęculares. reſpondit nuncius amoris, id vitio eorum prouenire, qui habent ſummo amato (qui rex regum eſt) ſeruitores prouidere, qui neque ſcientiam, neque vitam, neque mores eorum, vt oportet, exquirunt. Et quos nollent in ſtabulo, ſinunt vt magno regi ſeruiant in palatio, & in ſuę menſæ puriſſimo miniſterio; vnde debent duras timere retributiones, cùm vocabuntur ab amato, ad reddendas rationes.

Interrogauerunt amicum, 364

in quo erat maior amor, an in amico qui viuebat, an in amico qui ob amorem è mundo emigrabat. dixit, in amico qui emigrabat: Nam non poteſt eſſe maior in amico, qui deficit ob amorem: & poteſt eſſe maior in eo, qui viuit ob amorem.

Quæſtionem propoſuerunt
365 amico, vbi moritur amor? reſpondit amicus, in delectationibus huius ſæculi. vbi viuit & nutritur amor? in cogitationibus alterius mundi. Propoſuerunt ergo qui interrogauerunt fugere hunc mundum, vt alterius mundi cogitationes multas inuenirent, vnde viueret amor, & viuentem enutrirent.

FINIS.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITT. EMANUELE

Digitized by Google

REST. LIBRO ANTICO
Cav. Giovanni Di Giacomo
Tel. 71550 - PESCARA
1975

Digitized by Google

BIBLIOTECA

Digitized by Google